



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

BAP. PLATINÆ CREMONENSIS.

De falso & vero bono dialogi	III.
Contra amores	I.
De vera nobilitate	I.
De optimo ciue	II.

Panegyricus in Bessarionem Doctissimum
patriarcham Constantinopolitanum.
Oratio ad Paulum. ij. pōtificem maximum.





Ici nō potest beatissime pater, quā vehementer interdum sim admiratus hominum diuersa studia variaque ingenia, quod omisso philosophiæ studio: quæ certe est (vt ait) Marcus tulius vitæ humanæ dux: virtutis indagatrix: expultrixque vitiorū ad ianes curascogitationes & se trāsterant. Hūc em̄ videmus pecunijs, & opibus studere illū ambitioni & potētiae: aliū voluptates ōni studio & diligētia cōquiritas amplecti. Horū studia quā sint inania declarāt nō modo philosophorū sectæ (Epicuri discipulos semp̄ excipio) verūetiā Saluatoris nostri doctrina, & vita, qua certe cohortamur, admonemur, cogimur caduca illa ac fragilia, vt falsa bona, & nusquā cōsistētia cōtēnere. Religionē vero pietatē, humanitatē, gratiā, hospitalitatē, misericordiā, virtutem deniq; omnē: vt vnicū & verū bonum amplecti. Hæc est certe vera philosophia quæ nō in opinione vt de sectis omnibus cēsebāt academi cī noui: sed in veritate ipsa fundata est. Tota enim xpi vita vnicū virtutis exēplar habetur. Hāc profecto si intueri & imitari voluerimus, quod certe tum ipsius gratia, tum nostra causa facere debemus, nō erit cur Numę Pōpilij religionē, scipiōis pietatem & modestiā, fortitudinem Catonis, Reguli constātiā, & iustitiā Aristidis, Fabricij & Curij paupertatem sapientiam Socratis, & Lælij

clēmētiam ac Cæſaris benignitatem requiramus. Verū tamen ne quicquam nobis ad bene beatęq; viuendum deſit, repetita illa vetere philoſophia, ac vero noua cuius auctor Xps eſt, vtpote ſctiſſima ī ſocietate & tutelam noſtrā omnino aſcita animorum noſtrorum morbos: ſumpta inde quoad fieri poteſt medela curare debemus. Et ſi enim varie de bonorum & malorum finibus ab iſtis philoſophis diſceptatum ſit: multa tamen ex eorum ſcriptis ad rem noſtrā pertinētia excerpti poſſunt: nec eſt cur vereamur dū ea legimus & ituemur in errorē aliquē dilabamur: cū religiōis xp̄ianę doctores iā pridē ſapiētix cribro bonū a malo, veluti tritici cū a lolio ſecreuerūt. Hac vero admiratione vel meditatione potius q̄tum boni cōſecutus ſim dici nō poſſet beatiffime pater. Nā dū a paulo pōtifice in carcere & cōpedibus detinerer: dūq; & amiſſam libertatem ſlerem & eas facultates mihi vi ablatas, lamentarer, quas mea induſtria, meis pecunijs in vrbe pepereram p̄ pontificis beneficentia adiutus. Tandem benignitate dei & philoſophiæ gratia animum a perturbationibus & ſenſibus ad dignitatem ſui ipſius reuocatus, ita apoſite mecum philoſophatus ſum: quemadmodum in libello meo ſcriptum apparet: quem quidem ideo ſanctitati tuæ dedicaui: quod & ſummus philoſophus eſt & eius vicarius merito certe: qui nos non verbis tantum vt vani philoſophi ſolēt: ſed doctrina & exemplo inſtruxit vnde falſum a vero bono ſeiūgeremus: Quo & ī vita fœlices & in morte bñæuo frueremur ſempiterno. Tū ſic me cū locut⁹ eſt mei cōſolādi cauſa Rhodoricus calagoritanus ep̄s arcis Romanæ præfectus vir certe

Liber

bonus & doctus: in illa nostra prima calamitate quæ profecto secundæ causa fuit. ibecilliū nāque animorum est eos semper velle persequi & maleficio opprimere ne ad vindictam respirēt, quos insigni aliqua iniuria & calamitate affecere.

Baptistę Platinę de falso & vero bono dialogus.
Rhodoricus, Platina.



Quid agis Platina? quid est quod ita morosus & abiectus iaces? P. L. A. Quid agam queris? quasi nescias ab eo agi nil posse qui omni actione humana priuatus est, nisi forte actionem existimas lugere ac morore affici: quibus perturbationibus nil certe inesse video quod vel eum qui luget, vel eos quorum id causa fit iuuare possit: cum omnis vera actio exercitatioque humana finem sibi aliquem vsui hominum accommodatum prescribat quam ob rem querendum fuit potius cur non agerem quam quid agerem. R. H. O. Siccine te abjicis platina sic a te ipso discedis, vt nullum tibi in fortitudine & constantia presidium colloces? secus mihi tecum profecto loquendum est quam cum homine agresti & indocto illum vtpote minus docilem, quibus possem verbis consolari. te vero non ad monebo solum, sed etiam reprehendam te ipsum ob tantulam miseriam prosterne, & deicias, quid egisti quæso in vita si neque doctrina, neque experientia humanos casus æquo animo ferre didicisti? veniat tibi in mentem quod homines in vita fuere qui maiorem quam tu passim sunt calamitatem. Omitto reliqua miseriarum genera quæ turmatim (vt Hesiodus poeta scribit) homines quotidie inuadunt. Ad captiuitatem venio de qua in

præsentia nobis est sermo. Quod inquā homines
 vel nobilitate generis, vel magnitudine imperij,
 vel diuitiarum & patriæ splendore, vel eruditio-
 ne & doctrina, vel rerum gestarum gloria, vel sa-
 nitate vitæ præcellentes molestiam carceris per-
 pessi sunt. Cræsus ille lydorum rex qui cēpla ora-
 culorū oīm quę tum fuere multis ac magnis mu-
 neribus ornauit: quiq; in lateres aurum & argen-
 tum fudit a Cyro persarū rege bello captus quod
 reliquū ætatis superfuit i seruitute vixit. Exulauit
 autē apud Epaminundā Thebanū Philippus ma-
 gni Alexādrī pater. Periit i carcere Paulānias La-
 cedæmoniorū rex. Seruiuit barbaris æsopus fabu-
 lator ille e phrygiā. Sūt q affirmēt eādē quoq; for-
 tē & platonē filosoforū prīcipē subiisse. Sūpro
 veneno socrates i carcere vitā finiuit. Cruciatu
 oēs & pœnas M. Regulus a carthaginēsis captus
 & i vīcula cōiectus cōstāri aio tulit. Vēditus a fra-
 tribus Iosephus cū Pharaoni aliquādiu seruiuisse
 in vīcula ob suspicionē stupri cōñcitur. Et ne san-
 ctiorū nouę legi exēpla declinemus, addo petrū,
 addo paulum, addo ioannē baptistā, innumerabi-
 lesq; alios, qui martyrij coronā, aut i ipsis vīculis,
 aut e carcere educti subiere. Nō dico quot reges
 hodie, quot prīcipes i vno quoq; genere virtutis
 præstāres viri, aut i vinculis seruiāt, aut extrema
 quæq; i carcere patiātur. Trahit secū Thurcus iste,
 qui nostra ætate ferro ac flāma xpīanum nomen
 inuasit multis catenis & cōpedibus reuictos, quos
 prælio, fraude, vi, in direptione vrbium cepit,
 modo eos itelligat, vel disciplina rei militaris, vel
 vetustate generis, vel regnādi, aut imperādi au-
 thoritate apud suos multum valuisse. Nouos au-

tem cruciatus nouas pœnas reticeo: quas barbarus ille sæuus & truculentus quotidie excogitat. Ad explēdā crudelitatis sitim qua certe iam diu in sanguinem christianorū exarsit. præterea vero quot sunt in hac atq; item in reliquis Italix urbibus. qui & terriore & fœdiore quā tu carcere detinentur? Desino cōmemorare quos illi plerūq; custodes habeant, quam asperos, quam immites, quam crudeles. Horum tibi nihil adhuc contigit. Nam locus iste in quo nunc resides nullam habet carceris formam egregie cameratus est. Vides orientem solem, vides occidentem, vides septentrionem, & quo quo te verteris libertatis potius q̃ captiuitatis facies: si verum fateri vis tibi sese offert platina illud Terentiū in vna re dictū multis certe accommodari potest. Facile omnes cum valeamus recta consilia ægrotis damus: reliquum cōsulto prætereo: ne videar tuę virtuti & cōstantiæ diffidere: eo enim ætatis recte & honeste agendo deuenisti vt iam nauigare in portu merito tuo dici possis: ad me redeo. Collegisti tu quidem memoriter multorum exempla, qui eadem calamitate qua ego ac maiore fortasse vexari fuere. Sed istud ad rem nihil (pace tua loquar) consolari me certe ac ratione institueras, quod contra accidit. Neq; enim amaritudine amaritudo fugatur, sed dulcedine, vt nigrum, albo, fuscum, claro. Nam quæ eiusdem generis sunt coniuncta vim augēt, disiuncta vero a contrarijs opprimuntur vt i acie milites solent, qui factō Globo aduersariorum impetum frequenter sustinent, quod si ab ordine discesserint oppressi statim in fuga concidunt. Alia tibi inuenienda fuit via qua me cōsolarere. hanc

medicinā non admitto. RHO. Vulnus hoc tuum
 altius infedit quam putaram, si hoc pharmacum
 nil proderit tibi certe maiora præstabuntur reme-
 dia. Legisti credo liberos Cicerōis de philosophia,
 refertos exemplis eorum: qui fortī ac cōstanti ani-
 mo, patrię, parētum, filiorum, coniugum, fratrū
 mortem & interitum æquo animo tulere: quique
 fortunarum dignitatū bonorum amissionē tan-
 ti fecere quanti maxime a bonis, & constantibus
 viris fieri debet: hos tanquam fortissimos athle-
 ras contra humanos calus crebro in certamen vo-
 cat Cicero: vt istorum exemplo & virtute eorum
 animi ad fortitudinē excitētur qui aliquo incō-
 modo afflictati sunt: quod certe non faceret vir il-
 le acutissimus: si (vt paulo ante dixisti) calamito-
 rum exempla non lenirent eorum miseras: sed
 augerent: qui aliqua insigni calamitate premun-
 tur. Quis est enim adeo rationis & cōstantiæ ex-
 pers, cui non moueantur affectus quos Græci τῶν
 παθῶν vocant. vbi vel constanter aliquid vel ius-
 te, vel modeste, vel prudēter factum intelligūt:
 leguntur in gymnasijs pœmata: leguntur Histo-
 rię, leguntur orationes: vt adolescētū animi pul-
 chritudine honesti: quæ quidē ex aliorū recte fa-
 ctis elicitur: ad virtutē & laudē excitētur. Tāti ni-
 mirum Alexandrum fecisse lectionē Homeri ex
 Plutarcho nouimus. Quē in manibus crebro ha-
 bebat, vt Dario regno, ac vita spoliato, dum eius
 delitię spoliōrū nomine atrectarētur, cistella pre-
 ciosissima ac pulcherrima ī mediū sic delata, q̄ vi-
 sa cum qui aderant principes ad seruādas smar-
 gdos, laspidas. Saphyros dicerēt esse accōmoda-
 tā, responderit rex ille præstantissimus, nil in eam

Liber

commodius, & honestius quam Iliadem Ἰφιδίον
 τῆς ἀρετῆς, id est cōmeatum virtutis v̄t ipse ap-
 pellabat reponi posse. Inde enim multa percipie-
 bat: quę bellicā virtutem adiuuarent: cum Achil-
 lis, Hectoris, Nestoris, Vlyssis, agamemnonis cēte-
 rorūq; Heroum res fortissime ac sapientissime ge-
 stas ad imitandū legeret. Canere siquidem fidi-
 bus carmina ipsa in bello pœtæ solebant, quo ani-
 mos militum audita maiorum laude ad bene de
 patriā promerēdum adhorrentur. Idem de an-
 nalibus & Historia licet dicere: quæ adeo conscri-
 pta est: & in ærario diligenter asseruata: vt habe-
 rent reges & populi vnde calcaria ad virtutē su-
 merēt, ne æstu, ne frigore, ne vigilia, ne fame, ne si-
 ti, perterriti rebus suis publicis in maximis picu-
 lis deessent: quem animum quæso non excitat ad
 virtutem fortitudo Romuli: religio Numæ pom-
 pilij: audentia Bruti illius qui Tarquinium ab vr-
 be expulit: modestia Camilli: Quinti Mutij chari-
 tas erga patriā: Continētia M. Curiij: parsimonia
 Fabricij: Fabij maximi p̄seuerātia: Pauli illius pa-
 triētia: qui duos cōsulares filios continuatis prope
 funeribus sine lachrymis & gemitu extulit: M. Ca-
 tonis seueritas: M. Reguli constantia: P. Scipionis
 integritas & modestia: nobis profecto adhuc pue-
 ris memini dum ista in scholis legerentur animos
 ad laudē vehementer incendi: cū hunc filiorū cō-
 stanter, illū fortiter pro repub. periculum: aliū pa-
 tienter carcerē: vincula cruciatus omnes honesti
 causa tulisse audiebam: quę concitatio adeo menti
 meæ insedit: vt crebro quātum professio mea pa-
 titur: historias repetā ac legam. Neque em̄ profa-
 na studia theologicis: & sacris sunt præferēda: cū

nil excogitari possit ad bene beateq; viuendū: qđ
 nō in his vtpote diuinis⁹ scriptis huberius & me-
 lius quā in illis inueniāt. Lautus siquidē cibus est,
 qui ex lectione sacrarum literarum percipitur, si-
 ue humanas res, siue diuinas cōtemplari velis: sed
 in studijs fit, vt in cibo solet. Delectatur enim gu-
 stusepularum varietate; vnde pro secunda men-
 sa gentilium studia mihi interdum apponi nō re-
 cuso, vt varietate delectetur & recreetur anim⁹.
 Veterum autem laudationes, quas græci ἐπιτα-
 φίουσ λόγους nos non inepte funebres orationes
 appellabimus, ad hoc inuentę sunt, vt & hi qđ forti-
 ter aliqd & constanter in vita egissent: pro patria,
 pro liberis, pro parētibus meritam laudem apud
 posteros consequerentur: & n̄ qui adhuc in stadio
 & theatro relictī essent, emulatione glorię excita-
 ti, nullum in vita pro honesto & recto laborem ac
 periculum recusarent. Leguntur & crebro quidē
 a viris religioni deditis vitę sanctorum Patrum.
 Leguntur Actus Apostolorum: legunt̄ martyru
 res gestę. Quibus fit vt pleriq; dum eorum vitā
 & mores imitari studēt, quorum antea actā vitam
 cum admiratione legūt in sanctos referri mereā-
 tur. Alius deligit sibi quem imitetur Paulū, alius
 Petrum, alius Hieronymum, alius Augustinum,
 alius Ambrosiū: multi Frācisū: nec desunt qđ ine-
 diam sitim, frigora, æstus, calumnias cruciatus, tor-
 menta, mortem denique quāuis asperā cōstātī ani-
 mo sint subituri, ne ab eius institutis & pręceptis
 discedant quē tātopere amant & sequunt̄. Hęc fie-
 ri ab hominibus sine mente diuina, vt credā certe
 adduci nullo modo possum. Res em̄ quę sine ra-
 tione & dei nutu instituūtur, vtpote fragiles & ca-

duce, cito euanescent & intereāt, necesse est. Quare si lapis Platina, & si nō omnino ob vnā hāc vel leuissimam plagā a sede rationis consternatus es: confitere oportet exempla ipsa ad persuadēdum valere plurimum. Quod si secus egeris imbecillē te atq; infracti animi p̄dicabo. Qui sic abiecte sensum gustus ob tātulā egritudinem amiseris. Age, excita animum & mentē a sensibus reuoca, ne tibi dici possit. Salmati da spolia sine sudore & sanguine. PL A. Acer p̄fecto es ad persuadendū Rhodrice; ita em̄ instas & vr̄ges, vt quo me vertā ne sciam. Vnus aliquis mihi certe videris ex his qui nuper ex gymnasijs dialecticorū & rhetoricorum prodeuntes eruditionis & audaciæ plenitudo acute nimium de rebus p̄positis deserunt & persuadent. In te quidem & doctrinam & singularem video sapientiam esse: qui ita apre, distincte & acute ad persuadendum locutus es: quare fit vt tibi rerum etiā humanarum non ignaro & debeam & velim credere. RHO. Fugere q̄dem istud est: nō verum fateri, tamē hāc technam optime noui. Demulcere mihi aures laudibus instituisti: quo tibi facilius hanc confessionem euadere liceat: hirudo sum: nō effugies, nisi prius hoc tibi persuasum aperte intellexero: Ironia illa certe fuit, non cōfessio. Quid taces? PL A. Iube hos quiescere: q̄ eiulāt: qui flent: qui lamentantur. Hoc vnum ad culmē nostrę miserię deerat, vt hos miseros & erummosos socios mihi adderetur. PHO. Sentis tu contra ac reliqui solent. Nam qui aliqua in calamitate sunt constituti, eam certe leuius ferre dicuntur si doloris socios habuerit. PL A. Mallem hercle solus esse, quā cum hominibus calamitosus & indoctis eadem mi

feriā premi. Neq; em̄ hi ppter incitiam, neq; hos
vicissim propter dolorē consolari possum. RHO.
Mitte tandem has querelas atq; age, dic qđ rogo:
si fessus es, recumbe paululum in dextram. PLA.
Quid ego in dextrā recumbam? Qui siue dexter
siue sinister, siue pronus, siue supinus iaceam hac
compedū molestia continuo crucior. Satis nimi-
rum nobis esse debebat cōprehensum in carcerē
trahere: & non me qui mihi ac. lxx. socijs meis illa
tam a Paulo pontifice iniuriā questus sum tanq̃
proditorem, grassatorē, furem, latronem, grauif-
simis etiam compedibus reuincire. Putastis credo
me alterum Dædalum esse qui sumptis alis ex
hac celsa & munitissima turri in terram libertatis
causa deuolarē. RHO. Nonnulla pfecto alia cau-
sa est quare huius nobilissime artis p̄sidium mihi
commissum doleam, nisi qđ & hoīes in carcerem
trudere, & eosdē pontificis mandato plerūq; vin-
culis & compedibus vincire cogor, quod certe ab
ætate & professione mea alienū est. Multis em̄ p-
desse, & neminē ledere meum semper fuit institu-
tū. Quare & tibi & mihi, qđ summa potestas ipe-
rat æque ferēdum est. Sed propediē hac molestia,
nisi vero aliud mihi fuerit imperatū te liberabo.
PLA. Tum demū hoc fiet credo, vbi cura circū-
quaq; exederit moles ista grauissima. RHO. Ah
Platina humanitati, & pontificis clemētiae diffide-
re videris. Desine male sperare & eo tādē reuerte-
re, vnde nostra defluxit oratio. PLA. Ne te diu-
tius morer, tua ista ampla & magnifica exēplorū
positio, nobiliū gallorū ferculis, pauperum maxi-
me mihi vidēt esse simillima: vt em̄ i illis sola ma-
gnificētię & liberalitatis species apparet, sic & his

nihil mihi præter inanē verborū pompā inesse videtur. Suadent hæc quidem aliquantulū, sed non mouent. RHO. videbar ego antea & vultu & verbis ironice loqui. Sed quæ, rogō, fuit causa cur secus ac sentires loqrere? Leuis nimirū atq; incōstāris viri est, quæ paulo ante affirmaueris mutata sententia refellere. PL A. Censent eū sanū esse qui in mœrore ac luctu vitam degit, vt eū corpus in æqualitate & superfluitate humorū febribus quaeritur: sic animus perturbationum multitudine a sede plærīq; sua dimouet. RHO. In hoc mihi sapere potius quā desipere videris: quod ea quæ dico, nisi placeant vt vnus aliquis e schola philosophorum apposite nimitū confutas: quod fieri profecto nullo modo posset, nisi mente & animo cōsisteres. PL A. Indignantīū mosest recte dicta peruerse ac stolide dictis, quasi vatis cuiusdam miscere. Videamus pueros videm⁹ insanos, sentētias, & eas quidem præclaras nōnunq̄ efferre. RHO. Nō negauerim ego quidem istud persæpe accidere, sed cōiungere sequentia antecedentibus, & quædā refellere, quædā approbare non demētis certe, sed bene sani & pprium. Verū hæc tādē omittamus. Age dic, quare aliter ac sentiebas in meā sentētiā venire te dixeris? PL A. Eam siquidē molestiam percipiebā eiulatu istorū & cruciatu cōpedum, vt neq; docētē, neq; admonentē patiēter satis audire possem. Demū vero me recreasti quod hos iusseris tacere: qđq; etiā mihi spem dederis, te propediem his cōpedibus me soluturū. RHO. Mollis nimitū, & delicat⁹ es Platina q; reb⁹ aduersis sic frāgeris: sed illa (vt video) indiges medicina, quam ego bonos imitatus medicos grauioribus ægritudinibus ad-



hibere soleo. Hæc si nihil pderit, te statim missum
 faciā. PL A. Quale sit istud antidotū audire cupio,
 illud nisi amarū fuerit & stomachū faciat, bibere
 pfecto nō recusabo. RHO. Quasi vero & stoma-
 chus & alius dilui possit, nisi contrariū quoddam
 ingerat, quo pituita q̄ i testinīs adheret, inde auel-
 lat. Vt em pudor petulantiq̄, pudicitia stupro, fi-
 des fraudationi, pietas scelerī, cōstantia furori, ho-
 nestas turpitudini, continētia libidini, æquitas ini-
 quitati, tēperātia luxuriq̄, fortitudo ignauiq̄, prudē-
 tia temeritati, copia egestati, mēs sana amētiæ, bo-
 na spes desperationi rerū oīm opponit, sic bona ra-
 tio falsæ opinioni aduersat. Quæ qdem tibi nō me-
 diocriter ægrotātī p medicina adhibebit, si recte
 admonēti parere non recusaueris. PL A. Sine me
 colligā aliquātulū, & animū ac corp⁹ ad audiēdū
 disponā. Integere etiā pedes satius est, ne frigore a-
 docilitate remouear: tu dicis, & ego interim mētū
 demulcebo, quo mēs sit ad audiēdū pnior: barba
 em īfueris potissimū nescio qd molestiq̄ affert, nisi
 crebro fuerit demulsa & attrectata. RHO. Cogit
 me certe hæc tua attētio lōgi⁹ fortasse pgredi quā
 instituerā, si in ea te (vt par est) pscuerare intellexe-
 ro. Primū hoc cōfiteare oportet, deū ipsū ita creaf-
 se hominē ad imaginē & similitudinē suā, vt meri-
 to a græcis μικρόνοσμος, a latinis ὀπαρ⁹ sit mū-
 dus appellatus: in eo em Sphæræ multæ sunt, inese
 mēs q̄ ad similitudinē illius q̄ hūc mūdi globū re-
 git, subiectū mouet. Verū hāc philosophādi ratio-
 nē, vtpote minus christianā prætēmittamus. Ho-
 minem cōstare ex materia & forma non ignoras.
 Omitto itē materiā illam primā, quā Aristoteles
 tāq̄ chimērā quādā pponit. Ex q̄tuor autē elemētis

cōpositum hominē, tum demum esse & viuere dicimus, vbi ei addita est forma & indita: ad cuius integritatem quinta profecto illa essentia necessaria est quam ἐντελέχεια ille, nos vero intellectū continuo monentē debemus appellare. Quatuor illa sunt nobiscerte cum brutis oībus communia, hoc vero solo quo intelligimus, ratiocinamur, progressus & antecessiones rerum non ignoramus, ab eisdem differimus: essentis separatis quantum nobis per imbecillitatem humanę naturę licet persimiles. Discurrit em̄ mens ista mira celeritate (anis mantīū dūtaxat datū) per elementa oīa, per superiores circulos: & adeo est itelligendi auida, qualia sint quę in mundo habent, vt dei etiā ipsiusq̃ a nobis oīno cōprehendi nō potest, rationē & magnitudinē audacter nimīū inuestigare conet. Nullā disciplinarū relinquit intactā, nō grāmaticā reliquarū doctrinarū fundamētū, non dialecticā, qua verū a falso discernimus: non rhetoricā, vnde rationē persuadendi ac dissuadendi sumimus: nō arithmeticā, ad reliqua mathemata gradum pernecessariū: non geometriā, ad distinguenda climata, dimensurandūq̃ hoc īmensum terrarum spaciū non inutiliter inuentam: non musicā, cuius harmonia corda hoīm demulcentur: non astrologiam, qua cōelos scandimus. De his disciplinis ita differit, vt verū a falso, congruū ab incōgruo acutissime separet: falli, decipi, errare circa earum cognitionē turpe ac dedecus existimat: proinde die ac nocte inuigilat, ne in errorē aliquē inscitia dilabatur. Quos videt hoīm in his præcellere, eos vt pote diuinę essentię magis similes ac p̃p̃i quos diligit & imitat: ignoratiā & stultitiā tāq̃ duo magna

precipitia studiosissime vitat, versari in cognitione rerum maximarum & admirabilium, quibus tanquam gradibus per necessarios seipsum postea intelligat summum bonum esse existimat. Fieri enim nullo modo potest, ut quis sui ipsius perfectam rationem habeat & cognitionem, nisi per disciplinas tanquam humanæ cecitatis expiatrix discurrerit. Inde quippe ad sui ipsius cognitionem conuersa mens cecitatis latebras facilius explorat, neque velim existimes id vno tantum actu fieri. Habitus enim (ut Aristoteli placeat) ex frequentatis actibus comparantur. Ad hoc namque sæpius reuertitur: & quasi Apum diligentiam & solitudinem imitata: idem ad cellulam suam recētem primo & inornatam flosculos quos passim ex florido illo atque amœnissimo doctrinarum campo decerpit secum defert: eosque ita apte collocat, ut deinceps speciem simul cum iucunditate præferant. Neque ante cœpto desistit, si generosa est, quam viderit domicilium in quo habitat fugatis vitiorum sordibus virtutum omnium pulchritudine redimitur: tunc quiescit: tunc parto (ut formicæ solent) sæuientibus etiam vitiorum procellis cum securitate & quiete fruatur, labores, vigiliæ, æstus, solitudines, quibus fere tanquam instrumentis tantam felicitatem adepta est, delicias quasdam putat. Pro iustitia, temperantia, fortitudine, modestia, nullum laborem recusat. In his vero dum se exercet multos iuuando, neminem lædendo, incommoda pro utili & honesto fortiter patiēdo. Modum in rebus seruando libidines coercendo, vitam sibi beatam putat. Ocium & inertiam tanquam perniciem humani generis deuittat. Docet, admonet, castigat, reprehendit, neminem errare quantum in se est patitur. Siquidem videt dolore,

Liber

Inopia, timore, solitudine, vana spe, circūuentū
 eundem consolatur, iuuat, & in viā rectā deducit.
 Regibus, principibus, nationibus, populis, ciuitati-
 bus, ius fasq; prescribit. Respu. in ordines inter sese
 cōueniētes distinguit. Domos vni matronę & pa-
 tris familias cōmittit, q̄ deinceps p̄pagatę vicos in
 vrbe faciant. Affinitates, cōnubia proponit: qbus
 ciuitas in vnum corpus tādē redigat: & ad exter-
 nā vim p̄pullandam, & ad bellū his inferendum a
 quibus fuerit iniuria lacessiti, & ne in tāta concita-
 tione amorū cōtra æq̄tatē fieret. Ius feciale cōscri-
 psit aliquid quo admonemur & docemur, p̄ reb⁹ re-
 petitis & nō redditis bellū hostib⁹ inferre. Seruare
 itē aduersus hostes modum quēdā admonet. Cliē-
 telas, hospitias, sodalitates, amicitias optima ciuita-
 tum vincula cōmēdat. Quid plura? conat, p̄fecto
 quoad fieri potest, vt idem ordo, eadēq; iustitia &
 cōstātia, in terris seruet, quā esse apud superos con-
 tēplatione & sapiētia nouit. Hęc itaque Platina &
 plura alia cum vides ab hominibus sapiētibus po-
 tissimū ad bene beateque viuēdū esse excogitata
 & inuenta ratione ne an temeritate factum dices?
 PL A. Ratione p̄fecto: seruari eī tāta decētia in re-
 bus humanis sine mente & cōcilio nullo modo po-
 test. RHO. Recte sane. Cū igit̄ mens hoīs bene insti-
 tuta, tot acies, tot oppida, tot p̄sidia contra ignorā-
 tię & vitiorum omnium, arma, & machinas forti-
 rer ac constanter expugnauerit, ab eadem ne vnā
 vel minimam quidem perturbationum quę in vi-
 ta accidunt, vinci posse abnues? PL A. minime.
 RHO. Ergo & tu si nō oīno te deseris, sique teipso
 vti voles hunc dolorem quem ex carcere perci-
 pis ratione & consilio perfacile mitigabis. PL A.

eo certe me tua dicendi copia perduxisti vt quæ
affirmes & comprobes tibi negare nō aūsim: sed
vnū velim cōsideres animos nostros rudes adhuc
& indoctos omnes disciplinas plane arduas faci-
lius dicēdo percurrere, quam vitiorum labem &
perturbationū agmina a seipsis dimouere, id vel
in muleis mea quidē sn̄a videre licet qui & si do-
cti & eruditi sunt, tñ cupiditatū nexibus irretiti,
vitam agunt intemperantē & flagitiosam. RHO.
hoc quod dicis rationi certe consentaneū esse vi-
detur facilius siquidē a familiari inimico (vt aiūt)
quam ab externo superamur. Vna em̄ cū hoīs vi-
tiorum & cupiditatum semina nascūtur crescūtq;
indies, & augentur magis nisi fuerint ratione co-
gnitionis suppressa quæ (vt antea dixi) magni fru-
dio & lōga exercitatione cōparatur. neq; certe v-
lā aliā ob cām doctrinæ inuētæ sunt nisi vt his labe-
ai expiati quo fruant̄ sempiterno. Vt em̄ strenui
peratoris est videre prius, qua in re potissimum
ab hoste lēdi possit. ne ob eundem dū manus cōse-
rit meatus opprimat̄ sic bōi ac docti viri propriū
est vigilare continuo ne in culpam aliquā vitiorū
illecebris dilabatur. vt Herculē virum fortem ac
constantem fecisse legimus qui vno exciso lerne
bellū capite aliud statim aggrediebāt ne siquid
de virtute timore vel ignauia remisisset a tāta ac-
tā immani hydra absumeretur, Quod si quid do-
cti videntur (vt ais) qui flagitiose ac intemperan-
ter viuāt, eos ego nō doctos sed fures, ac latrones
appellabo qui rei accommodatæ vsū longe ali-
ter percipiant quam fruendum ac vtēdum acce-
perit. Quæ em̄ doctrina potest esse in his qui nullū
sciētix apud se locū reliquere. Castos amat & san-
b b

Liber

stos musa (vt ait ille) poetas. Præterea duo cōtra-
 ria: in eodē esse subiecto nullo modo possunt qua-
 re nec avarum ego, nec libidinosum, nec furibun-
 dū, nec turpitudinibus oībus & decori seruiētem
 sapientem vnquam aut doctum appellabo cum
 nihil sit tam contrarium virtuti quā vitiositas
 ipsa. Iuuenes ait Aristoteles nō esse idoneos audi-
 tores philosophiæ moralis q̄ hi ob ætatem magis
 æstuēt cupiditatū procellis: quib⁹ certe veretur
 earū rerū cognitionē habere: quæ ad virtutē du-
 cunt. Coercēdę siquidē libidines sunt, refrenanda
 auaritia: & cæterę animi labe expellendę: si boni
 & docti quę duo simul cōspirarunt haberi volu-
 mus. Vnde Maro poeta bonū pro docto nō incon-
 grue posuit: ægloga. v. Cur non mopsē boni qm̄
 cōuenimus ambo Tu calamos inflare leues ego di-
 cere versus. Hic corilis mixtas inter conscedimus
 vltimos. **PLA.** Venio ego in hanc sententiam pedi-
 bus & manibus sed id mihi mirum videtur: quod
 acute differant, apte loquātur, nō incongrue phi-
 losophentur, si docti non sunt. **RHO.** Eadem rōne
 doctas appellabis picas, pŭitacos, monedulas, qđ
 interdum humanam vocem imitatæ apposite ali-
 quid exprimant. **PLA.** habentur ramen hi apud
 vulgum in p̄cio. **RHO.** Quid: non equi, asini, &
 cætera iumēta apud vulgū in p̄cio sunt? **PLA.**
 Minime vero eadem ratione. Hos enim venera-
 tur: hos ad summos honores & magistratus pue-
 hit, hos muneribus, hos donis afficit. **RHO.** Quod
 imperitum vulgus facit, ferendum potius quā
 laudandum censeo. Quid si tibi ostendero. ætate
 nostra ignauos, & rudes, non bonos, & eruditos ī
 p̄cio esse. Vacet honor, vacet alicuius dignita-

tis locus. Quis sufficitur, leno, nebulo, adulator,
 parasitus, delator, sicarius, crassator, fur, sacrile-
 gus, & qui prope nihil habere hominis in se præ-
 ter materiã: & eã quidem satis rudem. Boni vero
 prudētes, docti, eruditi ac rerum humanarū non
 ignari, tanquā māci, & inutiles omittuntur. PLA.
 Plerūq; etiam videmus bonos in ip̄eris alios præ-
 esse, ne dicas eruditos semper excludi. RHO. Id si
 interdum fit: non per se certe: sed per accidens (ut
 aiunt philosophi) contigit. Verum prætermitta-
 mus tãdem queri hanc communem vbiq; gētiū
 calamitatem, existimemusq; viros sapientes, etiã
 si nullo honore ac præmio fuerint affecti, beatos,
 ac fœlices esse. Sola enī virtus (ut stoicis placet)
 ex sese ad bene beatq; viuendum facit. Nā qui
 virtutem adeptus est: ei certe ad summam fœlici-
 tatē deesse nil pōt. PLA. Hoc tamē peripateticis
 non placet: qui nil præclarū ab eo fieri posse osten-
 dunt, cui ad magnificentiã, & liberalitatē faculta-
 tes, & copię desunt. RHO. sentio & ego tū illis, si
 ad fœlicitatē ciuilē respicis, Loquebamur sane si
 bene meministi de homine sapiēte & perfectio cu-
 ius certe tota fœlicitas in contemplatione rerum
 occultarum, & admirabilium reposita est. PLA.
 Quidē iste sapiens, num comedit, num vestibis,
 & latibulis ad frigora æstusq; vitandos indiget?
 Omitto quæ ad speciē & ornatum sunt pernece-
 saria, ut argentum, aurum, egregiam librorum
 vti siliūq; oim suppellectilē. RHO. hæc pfecto eo
 facilius a sapiente cōparantur, quod paucis mini-
 misq; contentus est. PLA. Facis tu quidem hunc
 hominē a medico nihil differre. RHO. In vno tan-
 tum differūt, quod hic coactus, ille libēs hostiārim

Liber

etiam si oportuerit panē mēdicat. PL. A. non vti-
que hoc liberi hominis officium esse puto; cū sine
rubore & dedecore fieri non possit. RHO. Immo
liberrimi qui extrema quęq; pati mauult q̄. deli-
tijs aliorū iniuria patris affluere. PL. A. Quasi ve-
ro facultates cōparari nō possint iuste & honeste.
RHO. Difficile hoc quidē est: & vnū ex his quę
fieri posse vix puto: bilancē semper ī manibus ha-
bere oportet & diligenter attendere ne examen
inhāc magis q̄ in illā partem flectatur: quod qui-
dem fieri cupiditates nostrę nō sinunt. Sumus em̄
fato nescio quo ad rem auidi: & ita accurate diui-
tijs studemus: ac si annos Marusalem victuri esse-
mus. Hinc nempe rapine, hinc latrocinia, hinc sa-
cilegia, hinc peculatus, & infinita mala nascan-
tur oportet. Quare vir sapiens: & bñ natura īsti-
tutus, has tāquā improbiſſimas dñas dedecoris &
surpitudinis declinat, adhæretq; īnocentissimę ac
sanctissimę paupertati: cuius adminiculo adiutus
ocio & īgenio suo liberrime fruī. PL. A. Non ab-
horrent a vero quę dicis: quod alijs cōtingat ne-
scio: sed hoc vsu euenire mihi solet: vt facile ab o-
mni studio & cogitatione retrahar: vbi me paup-
tate & iopia circumuentū yideo. RHO. hoc est signū
ægrorātis animi: & virtutis antidoto nōdum bñ
purgari: deesse tibi profecto nil potest platina: si
muneribus a natura datis vti volueris: & si dili-
gēter cōsideraueris: vnde ī lucē veneris: & quo ti-
bi ad redeūdū decurso virę tuę spacio. Nudū prī-
mo natura te perduxit. Huic tuo corpusculo ani-
mū deus & mentē indidit: qua tibi ad virtutē pa-
rares oīa. In lucē prodiens lacte primo: mox pane
fruiſti cōtētus. Vita q̄ fruimur brevis est: & quidā

quasi somnus. Moriēdū est postremo, vt depositū reddamus. Nec timēdū est quod euitare non possis. Tā stultū est (vt ait bassus) mortē timere quā senectutē: vt em̄ senectus adoleſcētiā sequitur: ita mors senectutē: q̄q̄ si verū intueri volumus: nō mortē timem⁹: sed cogitationē mortis ip̄ius. Plus em̄ mali est i opinione q̄ in re. Vera quidē ex parte epicuri sentētia est: qui affirmabat se parū admodū doloris i illo extremo halitu videre: quod si quis esset, breuitate ip̄a fieri leniorē: diuturnus em̄ esse dolor non pōt: qui magnus est: qđ si quis dolor inest facillime tollitur si bñ mori didicerimus. Bñ autē morit̄ qui i vita philosophat̄. Tota em̄ philosophorū vita (vt ait Cicero) cōmēdatio mortis est: nā quid aliud agimus cū a voluprate, i. a corpore & omni negotio segregamus animum quo id iquātū agimus: nisi animum ad seipsum aduocamus: secū esse cogimus lōgeq̄ a corpore abducimus: discernere autē a corpore animum nil aliud est quā emori discere. Quare causa igitur est si p̄icipiū, si mediū, si finē humanæ vitæ inspexeris: cur paupertatē detestando diuitias queras? quasi vero coparādū viaticū sit quo postea apud iferos nobis sit vtēdū: stolidū siquē humanū genus est, & brutis animātib⁹ hac i re deterius. Naturę em̄ illa sese cōmittit: & eo cōtēta sunt qđ dies q̄que suggerit. Nō negauerim ego hominib⁹ lōge aliter viuendū esse quā Brutis: quippe quib⁹, alia a natura, alia viuendi ratio inest. Sed hęc immensa habendi cupiditas humani generis hostis accerrima omnino certe reñciēda: & detestanda est. Cōparari diuitiæ: & opes non possunt sine maiorū iniuria, ex quo fit vt prouinciæ nōnunq̄

Liber

& ciuitates funditus deleantur: cum nō rapere: illi
 quæ sua sunt reuocare conātur. Non est igitur ti-
 mēda paupertas. Nam qui ad naturam viuunt: nū-
 quā pauper est: qui ad opinionem (vt ait Seneca)
 nūquā diues. Natura enim parum desiderat: opi-
 nio vero multum ac prope infinitum. Neq; enim
 pauper est: qui paucis indiget & paruo cōtentus
 est. Satis est autem non algere: non exurire non si-
 tim vltra modum pati. Cibus parcus famē sedet:
 portio etiā diluta siti extinguat: vestis frig⁹ arceat,
 domus hyemēs, æstus, grādines niues, vētosq;
 propulset. PL. A. Absit vt ego velim nedum cu-
 piam diuitias: cum aliorum iniuria parras. Sēper
 certe hoc meum fuit institutum: manus abstinen-
 tes habere, atque vtinam hercle sic me natura a
 reliquis vitijs retraxisset: quemadmodum hoc li-
 bens & sponte deuito. Cupere autem diuitias ho-
 neste: & recte parras quib⁹ possis te ac tuos pasce-
 re nō ita mihi videtur a ratiōe alienū. RHO. Si ad
 necessitatē cupis, & nō ad affluētiā laudo. sed ve-
 reor ne eos tanquam voluptatum omnium minis-
 tras & adiutrices desideres. PL. a. Nō ita me deus
 amet ad quietem potius: & liberale ocium diui-
 tias cupio quā ad il agitium & dedecus. Hoc vel
 ex mea ante acta vita colligere potes in qua sic vi-
 xi vt nullum mihi insigne facinus ascribi possit.
 Sed dic queso quare veteri te dixisti ne ad volu-
 pratem respicerent: RHO. Cōsentaneum est eum
 qui ab vna perturbatione vincitur: ab alijs quo-
 que superari posse. Ratio nimirum ad omnes affe-
 ctus diuersis tamen modis eadē est. Quod si mo-
 lestia carceris, qua vehementer cruciaris, quæq;
 ad tempus est: leuare te non potest multominus a

voluptate retraher: quæ eadem semper constans
 que habetur: in iuuentute præfertur. PL A. Exacer-
 basti profecto vulnus nostrum hac recorda-
 tione: cuius dolore eram aliquantulum tuo ele-
 ganti ac docto sermone leuatus. RHO. Vulnus
 appellas quod vix pellem perficiat. PL A. Pel-
 lem inquis? Vtinam non etiam præcordia traie-
 cisset. RHO. Cupio ex te audire quid incommo-
 di ex carcere patiaris. PL A. Libertatē amisi: qua
 quidem sublata non video cur amplius in vita es-
 se velim. RHO. Quam appellas libertatē. PL A.
 Potestatem eundi videlicet quo velis: & redeun-
 di vnde digressus sis. RHO. Quid si hæc non li-
 bertas est: sed summa plærumque seruitus. Non
 ne itur ad stupra, ad furtum, ad incendia, ad rapi-
 nas, ad incestus, & ad cætera flagitia? Vtinam ve-
 ro genus humanum catenis & compedibus tum
 reuinciretur, non videremus certe tot mala: quos
 indies cernimus. PL A. Itur etiam ad templa, ad
 fana, in forum, ad amicos officij causa, hoc si face-
 re non liceret, non deum certe, nō sanctos ex man-
 dato adoraremus, precaremurque, non amicis
 fraude & iniuria circumuentis subueniremus: nō
 patrię consulendo vel agendo auxiliaremur: non
 ad affines, ad cognatos, ad parentes ex officio vi-
 sendos, proficisceremur, non publica & priuata
 negocia obiremus. RHO. duplicem esse seriem re-
 rum non ignoras mali & boni. Ad malum natu-
 ra humana inclinata & prona est, si ad bonum itur:
 id ex mandato summi dei & ratione fit. Quare
 ad quod proniores natura sumus: cum id ma-
 xime periculosum sit: ab eo magis minis & pœ-
 nis omnibus coerceri debemus. Nā si secus fieret

bb iij

etsi profecto licetia deteriores essemus. PLA. ex
 te audire cupio: quæ sit vera libertas. RHO. San-
 cte ac iuste vivere multis prodesse, neminē lēde-
 re, ea deinceps est vera libertas, hac vero quicūq;
 est præditus seruus vel captiuus dici nullo modo
 potest: etiā si teterrimo carcere & grauibz cate-
 nis detineretur, Cupiditate em̄ & turpitudine nō
 alia vi libertate sua priuatur animus. Hic illa cer-
 te perpetua cōcertatio inter hæc duo cōtraria ori-
 tur: tanquā inter hostes acerrimos, cum voluptas
 trahere in partes suas appetitum viribus oībus ni-
 titur, cōtra vero animus rationi bñ cōsentaneus:
 eundē ad se reducere & emēdare conatur. PLA.
 sit ita sane vt dicis multis tamen cōmodis priuat
 ad bñ viuēdū, qui tāta miseria premitur. RHO.
 quæ nā sunt ista cōmoda? PLA. Cōsuetudinē & fa-
 miliaritatem amicorum vti. RHO. Qui sunt autē
 quos amicos vocas? PLA. Qui æque me diligāt
 ac seipsos. RHO. Erras Platina & quidem vehe-
 mēter ab ætate habiturum te existimas, quos em̄
 istorum fuit quos tibi amicos putas: non dico qui
 sanguinem, sed qui vel minimam quidem fortu-
 nam suarum partem pro tua salute sponte obtu-
 lerit. PLA. Non sit de iniuriā mihi a paulo illa-
 ta questus sum redimere me tanquā bello captū
 aliorum pecuniā debui. RHO. Est ita sane vt di-
 cis, quod tua atq; omniū literatorū causa pius se-
 cundus instituerat hic doctorum omnium hostis
 rescidit & abrogauit. Gloriæ pñ non minus quā
 vtilitati tuę aduersatus: sed quis istorū te inuilit?
 quis tibi ad victum & cultum corporis necessaria
 obtulit? PLA. Primū fieri timor fortasse vetuit,
 secundū tua munificētia & liberalitate eis præri-

puisti ne facerent. Oīa em̄ mīhi ad traducendā vī
 ram necessaria abs te suggerunt. RHO. Qualē est
 in grauissimis periculis futurum existimamus, qui
 velleui timore ab officio remouet. PL A. Nemo
 est em̄ qui vel in pīcipijs huiuscemodi perturbas
 tionū nō moueatur. Ad se vero vbi redijt homo
 in officio, si verusest amicus remanet. R. Ex hoc
 aut cernere licet. Horū neminē tibi amicum esse,
 quod neq; ad se neq; ad te adhuc redierit nemo.
 Vtinam vero fuerint tibi nō inimici. Vereor em̄
 ne sui purgandi causa in te vnū fabam omnē cu-
 derint. P. Quā fabam? Hoc solum deferre potue-
 runt, me acerbe nimium (fortasse) questū, id mihi
 vi ablatum quod ego pecunijs & industria mea
 pepereram. Nullum inligne facinus mihi impingi
 potest, non furtum, non stuprū, non latrocinium,
 non incendium, non p̄fanatio templorū, non ho-
 micidium, non proditio. Hoc autem ira esse ex
 mea ante acta vita cōprehendi potest. R. Res pro-
 fecto perinde ac sunt nō semper accipiūtur. Hoc
 ramen vnum fateare oportet amicū te nullum ha-
 bere. P. Fortasse. R. Quid fortasse? Orestis nec & pi-
 ladis atq; aliorū quos poetæ & oratores laudibus
 in coelum tollūt, similem te amicum inuenturum
 existimas? Vera est illa theophrasti certe senten-
 tia, qui p̄postere officia permisceri ab his censet
 qui cum amauerint iudicant & non amant cū iu-
 dicauerint. Hoc enim sapientis est proprium qui
 etiam seipso contentus esse potest, nō vt amico ca-
 rere velit, sed si id acciderit ferre æquo aīo sciat
 & possit. Neq; mea quidem in anima audiendus est
 Epicurus qui nil boni obijcit quod dicat sapientē
 se ipso cōtentum. Scipionis & L. Clj. amicitia laudo

non eorum beniuolentiā, quæ cū fortuna stat & cadit. PLA. Nolle mego tam obstinatos amicos.

RHO. Vtinam quidē inuenias, qui pro libertate tua quadrantē, nolo dicere aureum numum pollicerentur diffugere omnes passim vt vides, qui te in carcerem coniectum intelligunt, & quos amicos putabas ingēs circa te sollicitudo indicat. Quid quod ne nomen tuum quidē efferre audent, ac si dianę Ephesię templū incendisses. P. Mihi tamen est periucundū eorū consuetudine frui loquimur simul ad voluptatem & vtilitatem mulra de rebus præterea quæ quisq; legerit audierit cōmentus fuerit in medium veri inueniendi gratia confert. RHO. Si docti, si prudētes, si boni fateor eorū consuetudinem tibi iucundam videri. Verum hæc rara est aus nigroq; (vt ait poeta) similima cygno. Pauci ętate nostra sapiētię student, quod eam nullo in precio esse vident. Prudentiam vero & probitatem tanquam duo grauissima paupertatis ergastula deuicant. quod cernant diuitias, honores, imperia magistratus, potestati improborū & imprudentium subiċi. P. In omni quidem virtutū præclarissimarum serie (vt video) paucos bonos reperies, pauci sunt iusti pauci cōstantes, pauci cōtinentes, pauci prudentes, pauci sapientes, ac docti. RHO. paucos vocas. immo ferme nulli sunt.

Quis em̄ oīm est qui vel ex alieno rapere, vel voluptate & libidinibus frui non gaudeat? Quis itē adeo fortis & prudens est qui non aliquando timiditate & imprudentia de gradu deŋciatur. Quis postremo est ita laborum, & vigilarum patiens vt reiectis voluptatibus oī velit doctrinā & sapiētiā sollicitudinē ac studio cōplecti. pla. Vnde istud dic

quæſo. RHO. Quæ nobis de ratione viuendi delib-
 erationibus viæ offeruntur, quarum altera ad vo-
 luptatem altera ad virtutem ducit. Prima ve-
 ro lata eſt & pna, voluptatēq; omnium illecebris
 vnde quaq; ſepta cuius finis humani generis cala-
 mitas & pernicies eſt. Eo namq; maxima pars ho-
 minū deuoluitur cupiditatibus & libidinibus al-
 lecta quibus iſſe vltimū bonorū oīm finē exiſti-
 mat. Hic iſ finita mala naſcā oportet. Rapinę vt ha-
 beā ad voluptatē inſtrumēta, ſupra, iſceſtus, adul-
 teria, ne tribulatione libidinis careant. Fraudes p-
 iuria doli, prodictiones calumnię, maledicentię vt
 indolentia careant ſtulticia timiditas, iniuria, ma-
 licia, ne quid eis ad id quod ſummum bonū falſo
 putant in vita deſit. Tu vero cum humanū genus
 tot iſ probis dominis & tyrānis dedecoris ac turpi-
 tudinis obſcēperet, mirabere ſi & cloacā in præcipi-
 tium vitiorum omnium deferatur, ſecunda autē
 quæ ad virtutem ducit ardua, & aſpera cuius quis
 dem latera confragofis rupibus & altiffimis ſcopu-
 lis ſunt munita, ne per diuerſicula digredi ab ho-
 neſto villo modo liceat. Hæc nobis vigilias, æſtus,
 frigora ſitim famem, continentiam integritatem
 & labores fere infinitos proponit, quibus ſupe-
 ratis quod paucis admodum cōtingit in arce ve-
 ræ conſtantis & perpetuæ felicitàtis nos collo-
 cat. Vnde certe cum tranquillitate & ocio ea licet
 intueri quæ nobis quidem duriffima videbantur
 Hac q; p̄ficiſcantur (vt ait poeta Heſiodus) pau-
 ci ſunt. Sumus em̄ nescio quo fato a laboribus ad
 libidinē proni. Hinc eſt autē quod poſt habita vir-
 tute ſqualoris & ſudoris plena voluptatem fūco il-
 lecebrarū omnium ornatam ſequimur & ample-

Liber

ſtimur fere oēs. P. Philoſophantem te ac differen-
tem proſecto libenter audio quod in te eſſe ſum-
mam doctrinam ſingularēq; ſapiētiam intelligo.
Verum in deligendo qui meipſum amet, agō vt
queo qñ vt volo non licet, modo em̄ habeā quo
cū de rebus meis aliqñ loqui poſſim, vt mecum
æquo aīo fero ſi nōn Patroclum & achilē inuenio.
R H O. Vt inam nō ſepe de rebus alienis loquerē-
mini, Nam ſi deambulatis recreandi animi & cor-
poris gratia, totus ſermo veſter in maledicētia cō-
ſumit. Hunc abſentē carpitis illum tranſeūcē deri-
detis, ignauū docto, ſtolidū prudēti libidinoſum
continenti, auarū liberali, falſo iudicio ſæpe præ-
fertis. Ad tēplū ſi vobis ire contigerit, quod per
raro niſi pluuia (vt aiunt) ingruerit fieri ſolet non
rei diuinę religioſę ſanctę ac caſtę vacatis, vt vo-
bis quidem dei mandato imperatū eſt, ſed aut p-
camini ſi puellę & mātrones ad ſunt, aut canentem
vel legentē ſacerdotē vt pote ineptum & rudem
ſubſannatis. Si quē vero intētius orare videris ho-
minē hypocriſi notatis. Cogitabundū autē & cu-
ris oppreſſum & ob eam rē minus attente quod le-
gitur audientē phanaticum & hēreticum appella-
tis. Itur in forum iudiciale eo certē vbi ventum
eſt, non prætoribus: non iudicibus, non cauſidicis
non patronis, non cliētibus parcitis. Quid plura?
nil ferme videris cui a vobis nota aliqua non inu-
ratur. Non dico quot mēdacia, quot tabellas ad
fallēdum, & deridendum ſingaris. Demum inde
redeuntēs conuiuia ad crapulam & ebrietatem ce-
lebratis quibus certe fit vt libidine incitari ſlagi-
tia cum magno veſtro diſcrimine cōmitatis, quæ
ego præ pudore & ſtomacho nomīare nō audeo.

Hæc autē nō ideo tibi a me dicta sunt Plarina, quā existime in te morbo maledicentiæ & dicacitatis laborare. Sed ut minus moleste feras, talium amicorum consuetudine priuari. ea enim in te sunt ingenij & doctrinæ ornamenta, ut tibi ipsi vel legēdo vel scribendo aliquid memoria dignū possis esse voluptati & quidem magnę cū hi quos legis iussū facere taceant. Quod certe non idem tibi cum socijs contingeret, qui plærumque adeo proterui & loquaces sunt, ut cū beluis malim quā cum his versari. PLATI. Recte sane: at ego virorum amicitiam, ut teterrimum quandā pestem vitavi semper de legique quoad fieri potuit quæ earundem rerum studiosi essent. Ille vero comestiones lautæ, quæ libidinum maximarum fomenta sunt, nunquā mihi vel natura vel instituto placuerunt lædere quæpiā vel dicto vel facto nisi lacessitus caui semper. RHO. Serpunt ut nosti contagia, difficile siquidem est in pistrino versari, absque farinæ contractu. PLA. Leniuisti tuis verbis aliquatulum hoc desiderium quo ego ardebam videndi amicos, non enim vino mihi persuasisti, ut malim carcere detineri quā quo velim, & officium meum exigeret abire. RHO. Quod vocas officium? PLA. Maiores natu, & qui in aliquo præclaro & excelso dignitatis gradu sunt constituti salutare & venerari, æquales diligere & amare, inferioribus bene consulere, eosdemque quibuscunque rebus possis iuuare. Quod fieri nisi ab homine libero non potest. RHO. Si monstra hominum salutas, si eos diligis, qui vel maximo odio digni sunt, si illos iuuas, qui ita viuunt, ut nullum auxilium sint meriti officio te functum dices? Cum officium sit quicquid hominem decet. PLA. Nimiū

Liber

hæc ad viuum refecit Rhodorice, imbecillitati ho-
minum siquidem ignoscendum est. Non enim cū
bonis semper & plane sapientibus viuitur. Præte-
rea vrilli meas ineptias plerumque tolerāt, sic ego
vicissim illorum mores & naturam ferre debeo.
RHO. Placeret nihi hoc tuum de tolerantia respō-
sum, diceremq; te iam ad sanitatē rediisse si mole-
stiā carceris qua maxime te perturbari video pa-
tienter & æquo animo ferres sed cū frustra adhuc
noster hic sermo sine vllō emolumento sit cōsum-
ptus, tandē ego te missum faciā functus sum (vt ar-
bitror officio meo tu tuū facies si te ipsum ratioē
& patientia cōsolabere. P. Crueriat me pfectio hic
tuus discessus. Cōspectu em̄ tuo suauissimo & gra-
ui recreabar mirifice. Sed vnū te rogo, vt aut ad
me cras, sit tibi per ociū licet redeas, aut saltē ali-
quid consolatorie scribas, quo minus doleam, tua
dulcissima consuetudine caruisse. R. Primū ego tibi
affirmare non ausim, secundum me facturum
rēpromitto, Apertius em̄ mecum epistola loque-
re quam adhuc coram fecisti verecundia aliqua
forasse detentus.

De falso & vero bono Liber secūdus Incipit.



Ristippum philosophum socra-
ticum beatissime pater ferunt a-
liquando ad Rhodiensium litus
grauī naufragio eiectum fuisse
ibique dum non sine magna so-
licitudine cogitaret quāto in di-
scrimine fuisset vidisse in harena figuras quasdā
geometricas atque ita ad comites moerore posita

ni consuetudine non nihil semotos. **MAR.** Molestum ferrē si cognoscerem te vel modestia vel pudore retineri quo minus ex me quod ad cognitionem tantæ rei pertinet sciscitarere. Docenti certe nihil est acerbius quā videre eū perinde ac ipse docet ab auditoribus nō percipi. Proinde me quoties placebit interrogato ne frustra tū laborem suscepisse videamur. Virtutem præterea & summū bonum nō idē esse ex hoc cōprehendipōt, quod illa actibus humanis cōparatur ad fœlicitatē. Hoc vero ad quod omnia quæ ī mundo fiunt referuntur adeo per se ipsum bonum est, vt ab eo totius fœlicitatis integritas petatur ne quærendum sit extrinsecus quod tantā potentiā tanq̃ diuinā efficiat. Postremo qui solum dicit nil sibi relinquit quod præterea bonum dici possit: quo quid potest excogitari absurdius? Cum ī deo summā & singularē potestatem videamus bonorum omnium copia refertam. Quod si cui vnitatis nomen attribuendū diuina potentia id tū sibi vendicabit. ne dicāt virtutem solum bonū appellari. Duo sola bona a se īuicem dissidentia nō appellatio sola nominis sed etiam res ipsa dici verat cum eius naturæ vnum nō sit, cuius alterum esse deprehendimus. Virtus enim celebris ac clara sine actiōe humana esse nullo modo potest cuius certe laus om̃is in actiōe hominis consistat. At deus bonorum omniū fons vera simplex sinceraq; fœlicitas est, nec certe cuiuspiā actione & adminiculo ad sui ipsius integritatē eget. Vnde merito ipsum & non aliud q̃piā solū bonum appellabimus, cum in eo summa sint omnia. Infinita potentia singularis sapiētia æterna gloria, nō igit solū bonū nec summū (vt peripateticis

placuit) virtus est quorū ea certe fuit opinio vt diuitiæ potentia dignitas gloria corporis robur in numero etiam bonorum haberent. diuitias enim non solum vt nullius rei indigerent, sed ad magnificentiā & liberalitatē ad copias ad opes require re videbātur vt multis gratificarentur, potentiā vero vt rebus suis publicis cum imperio & potestate p̄ficeret. Dignitatē ideo expetendam dicebāt q̄ ea celeberrimum quēq; apud ciues suos faciat. Gloriā q̄ nō apud suos mō sed et apud exteras gētes & nationes clarissimū nomē cōsequētur. Corporis robur quo cæteris valēiores haberēt. Vxorē quoq; liberos, amicos, nobilitatē aurā popularē, pulchritudinē velocitatē, & cetera id genus sūmi boni & nō fortunę mēbra dicebant quos certe rō ipsa vehemēter improbat. Primū q̄ fieri pōt, vt diuitiē bona sint Bonū ei sua natura tale est vt extorq̄ri a possessore quauis arte & industria non possit. At q̄ diuitiarum mēbra ita mutabilia sunt vt leni vento facilime huc atq; illuc ipellāt, vñ nō sicōgrue pilę loco his fortūa vti dī quo nil pōt esse bono magis contrariū cuius ea natura est vt semp̄ eodē mō sese hēat. Nō igit̄ diuitiē bona sunt q̄cqd etiā lōge aliū fortiāt finē quā quo ab hoībus desiderant. Ad tollendā siquidē indigētiā oēm expetī vidētur. Sed tm̄ abest vt id efficiāt vt etiā ardentiorē suū possidētibus excitent q̄ nō ex inopia sed ex magna capia oriri vidēt. Quāto em̄ q̄s plura habet tanto pluribus indiget. Neq; solū (vt ait Cicero) libidine augendi ea quę hñt cruciātur sed etiam amittendi metu. Furum profectolatronum grassatorū impetū cōtinuo pertimescūt. Nec dici certe potest eos sitim famen frigus quarū rerum

Liber

causa pecuniæ tanto studio cōparant magisq; pauperes & inopes sedare. Ea si qdē hñdi cupiditate feruntur vt inediā frigora sicut ac vehementes æstus vsq; ad necē plerūq; patiāt. Habet p̄tereaverū bonū modū quēdā in finitū & determinatum quo qdē adepto ac si ī portu essemus nulla amplius cupiditate iactamur. In pecunia vero nullus modus, nulla satietas est, vñ fit vt eius studio hi continua sollicitudine angantur. postremo si diuitiæ bona essent vñquēq; possidēre meliorē p̄fecto facerēt. Talis est em natura boni vt eos poenes quos habet eat reddat p̄stantiores. At cōtra vsu venire cernimus. Diuites em iniustos, itēperantes, mēdaces fallaces, violentos libidinosos paricidas flagitiosos vt plurimū videmus q; secū totius libidinis & intēperatiæ instrumenta ferant. Quare diuitiæ nē bona dici, necī serie boni collocari vllō modo debent certe quia fragiles sunt & caducæ & quia cōparari sine multorū iūria nō p̄nt tanq; terribilē qdā pestis sunt fugiendę. Cōrēri em nostro & puo esse debemus cū natura paucis ali ac foueri possit. Quare fit v̄satis mirari non possi iustorū stultitiā q nō secus diuitiis & pecuniæ studēt ac si is etiā post mortē v̄suri essent. Potentia similiter quid in se habeat quod certe non fugiendū potiusq; expectandū sit minime vidēo cū cum insidijs p̄ditionis periculis omnibus subiectā cernamus. Eorū exemplis plena sunt scriptorum monumenta qui v̄ram inperiū cum mortē permutarunt vt de creso Cyro Xerxe, Dario alexandro pōpeio Cæsare legimus quorum potentiæ nequaquam tantæ fuere vt eos a morte & interitu liberarent. Bonū siquidem potentia non est cum sine multorum iniuria

cōparari ac retieri nequeat. At qui ex bono melius semper nascatur oportet. q̄ potentiaē oīno nō cōtingit vt pīfistrati phalaridis Dionisij targinij Neronis tyrānides ostēdūt potētia igitur bonum dici nullo modo pōt. Erūt fortasse q̄ potentum vitam securiorem existiment: quod magnā satellitum vī ad custodiā corporis habeant: quas quidē ego oīm hominū infelicitissimos ac stolidissimos puto quod eos etiā mercede cōducant a quibus persepe icauti opprimuntur. vt cerre de multis legitur: q̄ vel familiarium insidijs, vel prētorianorū militū vi & fraude periere. Quid quod ambitione & timore duobus maximis malis cōtinuo cruciantur: cum vel incrementū potentia cupiūt: vel impendentem ruinam vitare studiosissime laborant vt damoclis sella idicat. possim ego multorum exempla cōmemorare: q̄ magistratus deponere: quiq̄ deponere potentiaē & tyrannidem voluissent: si eis per iniurias pluribus illatas id facere licuisset. Quod certe ab his nunquam cumcupitum diceremus, si ī potētia summum esse bonū deprehendissent: vt de scylla legimus q̄ dictataram summum ī repub. magistratum post longas bellorum ciuiliū afflictioēs & curas persuaderibus amicis quibusdam deposuit, priuatus vt altum dormiret. Hoc quoq̄ malū non latuisset. C. Cæsarem quem vel reipub. cōponēdæ causa, vel nimia ambitio eo tandē perduxit: vt vitam cum potentia & iperio amitteret. Eadem ferme de honoribus & dignitatibus dici possunt, quæ si virtute & non ambitione ac largione quærentur in vita ciuili non reprehenderemus. Sed neque hæc quidem bona debere appellari: cum improbos sc-

Liber

pe ac dementes in magistratibus constitutos videamus nec ab improbitate: & stultitia sua boni dignitate & presentia dimoueri vnq̃ posse. Nam vt malo cōtagione quadam malos fieri dicimus: sic bono meliores effici necesse est. Verū tm̃ abest vt bonos magistratus faciāt: vt etiam plērosq; ad supremā sēuitiam libidinem & avaritiam perduxerint: vt de Apio illo decēuiro: qui virginia virgini filiam ob magistratum & potentiam stuprare est ausus. quid vero egerint duo Gracchi? qd Saturninus? quid Spurius melius? quid Clodius? quid plēriq; aliq; apud Romanos in magistratibus constituti? Ex rebus eorum gestis facillime deprehendimus Taceo. C. Marij licentiam. L. Scillē scuitiam: Verris avaritiam. C. Cæsaris dominatum. M. Antonij libidinē. Tiberij Claudij. C. Calligulae, Neronis crudelitātē & rabiē. Hi & natura maluerant adeptis tamen magistratibus licentia pessimi sunt facti quod eis nuncq; contigisset: si honores per se in bonorū numero haberi mererentur. Soleo ego mecum plērūq; cogitare vnde tāta stultitia hominibus insit: vt id magno precio non nūq̃ parent, q̃ adepto vel ludibrio sint hominibus, vel in magnas calamitates per sepe incurrant. Vt nouius ille catulli quem strūmam non hominē in curuli sedentem legimus. Quid est Catulle Cur moraris mori sella in curuli strūmā sedet nouius. Idem poeta nescio quis de ṽtidio Basso, Accurrite omnes augures aruspicesq; monstrum inusitatum conflatum est recēs, nam mulos qui fricabat cōsul factus est. Nostra quoq; ætate videmus plērisq; honores: tum prophanos, tum sacros de decori ac turpitudini esse. Cum vel ignaui sint vel in-

docti: vel rerum humanarum imperiti habeantur.
Satijs nimirum fuisset hos priuate viuere: quam
eo velle conscendere vbi cūquam in specula qua
dam ab omnibus ignominia & socordia notaren
tur. Nota est Varronis plebei hominis audacia &
stultitia: qui consulatum onus quidem nequaquā
humeris suis conueniens contra patrum consen
sum adeptus ad cannas cum Hannibale carthagi
nensium duce configere est ausus: quo in praelio
ad quinquaginta milia Romanorū Varronis stul
ticia caesa traduntur. Idem de. M. Crasso deque
Quintilio Varro dicipoteſt: qui pecunia & am
bitione viam sibi ad ignominioſam mortem fece
re. Alter enim bello parthico, alter bello Germa
nico cum vniuerſo exercitu interijt. Omitto com
memorare quot hominibus præclaris exilium ac
perniciem concupiti magistratus iam pepererint.
Vt. M. Camillo. Cn. coriolano: cicinato. Scipio
ni apud Romanos: ſoloni alcybiadi: Themisto
cli apud Athenienſes: Hannibali apud Cartha
ginenſes: bonum itaque magistratus & honores
non ſunt: cum bonis plerumque obſint ac magnæ
calamitati ſint. Gloria vero quam tanto ſtudio
requirunt, ij qui in vita & morte laudari cupiunt
qui in ſe boni habeat certe non video cum non
eadem ſemper ſit. Fallax namque eſt & ad inſtan
dashominum mentes auresq; permulcendas tan
tummodo videtur inuenta. Quid quod cum nul
los hominum eo inſanię vulgi opinione perdu
cit vt nil de ſe prædicari poſſe exiſtiment: quod
ipſi induſtria & virtute ſua cum ſint omniū igna
uiſſimi præſtare non poſſint: quos quidē detracto
aliquādo errore proprijs laudibus erubescere ne
ce ij

Sūmū bo-
nū ī deo.

celle est cum cernant se eo cupiditate gloriæ pro-
fectos vnde digredi sine dedecore & ignominia
non possint. Esto: magnitudinē rerum gestarum &
non paruis meritis sit acquisita. Quid boni viro
sapienti ac forti affert qui non ī v oculis leuissimi
vulgi sed ī conscientia tantum recte factorū suo-
rum merita reponi d: siderat. Vide quāso quan-
ta stultitia feramur ī vita. Sunt qui ita gloriæ fru-
deant: vt celebrare & fama nil putēt esse melius.
Nō abnuerī ego hanc expectendam videri, si per
omnes gentes & natiōes extēdi possit. Verum cū
id fieri adhibito etiā omni studio non vident cūq;
ciuibz suis vix se notos itelligunt: fuit vt ex hoc
q; summum bonū putabant ī grauissimos animi
dolores cum ignominia recidant, quibz eos īfoe-
licissimos fieri contingit: cum īspiciant se tot labo-
res, tot vigilias frustra sumpsisse, quare melius cū
his agitur, qui ī deo gloriā omnem suā collocant,
in quo certe summa foelicitas ac pfecta gloria re-
posita est. Dicere aurē ex re īperfecta beatū ac fo-
licem hominem fieri absurdum mihi sane videt,
cū beatitudo ex summo ac perfecto bono nasca-
tur. At gloria vel quod nō eadē est apud omnes,
vel quod opinione ī sinistram famam quandoque
vertitur: adeo est māca & debilis vt celebrem ho-
minem inglorium mutata sententia quam sapif-
sime reddat. Eius enī maxima pars fortunæ sub-
iecta est, qua nil volubilius, nil deniq; fallacius di-
ci potest. Nam quos ī cōelum vsq; summo fauore
gloria & fama peruexit, eos plerumque mutata
opinionē ira deprimit: vt nil vnquā cōmerciū cū
ipīa gloria habuisse videant. Sed dic(quēso) quid
dignitatis ī se potest habere gloria: quæ tota pēns

det ex arbitrio īperitę multitudinis. Cuius ea certe natura est illos tantum laudibus extollere quibus fortunam viderit arridere. Aduersi vero si quid acciderit, quod fieri crebro videmus: quos antea sapiētes, fortes, prudētes appellauerat, eos demū mutata sententiā stolidos, imprudētes, timidos, reñciendos & contemnendos dicit. Non igitur gloria bonum est: quæ non vero iudicio, sed stulticia & voluntate hominum excitatur ac deprimitur. Effet aliquid si a viris bonis & plane sapientibus laudaremur: quamq̃ ne hoc quidem sit vera foelicitas. Iudicio enim nil est fallacius: tū autem odio: aut beniuolētia, aut aliquo alio affectu de rebus ipsis iudicare consueuimus. Iam vero vilissimorum corporum nostrorum quam fragilia sit videamus, si robur inspicis a tauris & leonibus superamur: si vero velocitatem a ceruis & tygribus: si formæ speciem parum admodum a vernis floribus distamus: quos vel paulo intērior sol vřfrigidior solito ventus facillime enecat. Videmus & quotidie quidem formosissimos adolescentes & iuuenes vel parua febricula turpissimos & informes cito reddi. Quod si diligenter cōtempta hac vilissima specie: qua quidem pictura in superficie corporis est int̃rospiceremus desineremus vtiq̃ pulchritudinem istam muliebre & vilem admirari: in qua vřtinam non plus mali q̃ boni esset. Prudēter enim hoc a Nasone poeta notatum est: lis est cū forma magna pudicitia: Mallem ego deformitatem therisitæ: q̃ pulchritudinē Alcibiadis, si detrimento mihi & ignominia futura esset. Quod enim ad malum via est, id nequaquā bonum dici potest. At talis est forma ad in-

e e iij

Liber

temperantiam siquidē ad libidinem, ad flagitiū multos perducant: nō igitur forma bonum est. At qui si certe volumus considerare hanc in plerisque multorum malorum causam fuisse deprehendemus. Quid bellū troianum concitauit? Helenæ forma. Quid medeam fratrem absyrtum occidere & lacerare coegit? Iasonis forma. Quid Scyllam parentē cum regno Athenarum Hostibus prodere ipulit? Minois pulchritudo & forma. Verū nullares profecto est quæ nos falso magis hæc inter bona adiudicare faciat: quàm oculorum nostrorum crassus & obtusus intuitus. Quo turpes ac informes Veneri & Narcysso plerūque comparamus. Hinc fit ut matres inhonestos & turpes filios pulcherrimos diiudicent. De his vero qui libidinose & intemperanter amant non attinet dicere: cum neque in hac quidem neque alijs in rebus vilo vero iudicio utantur. Bestijs enim persimiles habentur, quæ sola volupate & libidine ad res concupiscas ferunt. Ex his itaque comprehendi potest robur formæ celeritatem corporis: inter bona connumerari nullo modo debere: ad cynicos venio quorum secta adeo deprehendenda est: quod summum bonum inurbane & impudenter viuere existimarent. Frui muneribus a natura datis non est alienū a ratione bene ac beate viuendi modo id fiat opportune: sed in foro mingere, coire, ac cetera huiusmodi agere quorum etiam notia palam enuntiare natura ipsa verat: alienū mihi ab omni felicitate prorsus videtur: in qua summa verecundia: summus pudor: summa dignitas inest. Sed dicant hi pertinaces philosophi: si istas corporis partes utiles quidem & necessarias: sed turpitudinem & dedecus indecorem si

ostendantur præ se ferētes natura sagacissima in locis secretioribus occultauit: cur ipsi bestias imitati reiecto omni pudore, in foro, in scæna, in theatro ostēdunt. Quod si pueros adoleſcētes: quibus ob tenellā ætatem & recentes animi vires minus cognitionis & pudoris inest accurare pudibunda corporis integre videmus: cur nō idem faciēt hi quorum instituta ob etatē in honestate & pudore: & nō in canina impudentia fundata esse debent? Præterea quid est quod i vīta adminiculis his vti recusent: quæ vel a deo nobis data, vel non hominibus excogitata & inuenta ad communem vtilitatem sunt: vt tecto ad hyemē æstusq; vitandū: veste ad hymbres ventosq; propulsandos. Pileone caput nobilissima corporis pars aliqua intemperie lædatur: calceis ne si nudis pedibus terram frigidam & frequenti pluuiā humectam conteramus stomachus & reliquæ corporis partes offendantur? carne similiter caseo lacte vino & cæteris adminiculis ad alendum sustentandumque corpus pernecessarijs: vti si nefas putant: diuinā providentiam mirum accusare videntur: quæ omnia ad vsum commoditatemq; humani generis creauit. Mirari etiam satis non possum Pythagoræ illius Samii philosophi cæteris in rebus clarissimi pertinacissimum decretum: quo scelus esse & magnum quidem ostendit brutorum carnibus vesci. Sed vno & eo quidem per absurdo datomulta subsequi necesse fuit. Proposita enim & affirmata transmigracione animorum quam ipse μεταμύχωση appellabat cū in brutorū corpora eos migrare diceret accuratissime vetuit domicilia (vt ipse dicebat) nostra ob voracitatē dētibus

Liber

& morſu violari: ſed cum nec Pythagorę nec Dio-
genis præcepta ppter nimiam rigiditatem admo-
dū ſint ab hominibus approbata, cumq; etiā plus
iſtis inuentoribus tam obſtinata doctrina quā hu-
mano generi obſuerit, his tandem omiſſis ad cæ-
tera pergamus. Epicurei vero poſtremi in ordine
ſuere: quorum ſententiam exponeremus horum
opinio metrodori pſertim ac Hieronymi ob om-
ni proſus virtute remora fuit: cū brutis enim &
nō cum hoībus ſentire videntur. Nā illi rationis
expertes ad id qđ adeſt mō ſentiant in eo eſſe ali-
quid quod delectat appetitu ſeruntur de futuris
nihil ſolicite: ſi hi reiecta continentia & poſthabi-
ta vera felicitàte voluptatem vt ſummum bonū
amplectūtur. Nec dici poſſet quā diligenter & ac-
curate vallo ac ſoſſa (vt dici ſolet) ſeſe defendūt.
Non fruſtra inquit natura dolorem vt ſummū
malū declinamus: & voluptatem vt bonū appeti-
mus. Nec id ſolum ab hominibus fieri cernimus:
verum etiam a cęteris animantibus. Videmus in-
quit beſtias diminutas etiam & quibus minus
animę ineſt: vel fugere vel cōtrahere ſeſe: vbi mo-
leſti aliquid & quod naſciturum ſit ſenſerit: pro-
gredi vero & omni conatu ad id quod iucundita-
tem voluptatēq; præ ſe tulerit deferri. Horū pue-
riles rationes quam facile confutari poſſint atten-
de. Primum quid poteſt eſſe ſtultius quam aſſe-
rere id recte fieri ad quod plura appetitione ipſa
ſeruntur? Quod enim multi appetunt, hoc eſt fu-
rari, latrocinari, mōrchari, ſuprum & adulterium
committere, vino & crapula repleſi: ſomno &
otio vti. Hęc ſi recte & honeſte fiunt: quid rectum
certe ſit non video. Mea quidem immo bonorum

omnium sententia rectum id dicetur quod cum virtute sit cui certe nil potest magis esse cōtrariū quam flagitiose & intēperanter viuere. Hac via q̄ laboriosa quodq̄ difficilis pauci admodum ad virtutem illa q̄ prona & lata multi ad voluptatē proficiscuntur. Nō igitur quod a multis falso sed a paucis vero iudicio approbatur, id profecto sequi & amplecti debemus. Male em̄ cum humano genere actum esset, si in rebus agendis multorum opinionem & non paucorum eorundemq̄ bonorum sequeremur. Hinc est quod in optimis rempub. pauci deliguntur quorum consilijs cetera multitudo imperita quidem ac stolidā obtemperet. Auocandi præterea inuiunt & reuocandi sunt ad voluptatem animi. Hoc em̄ dicto tollunt prudentiam & modestiam, quarum altera prætitorum reminisci iubemur: ne stultitia & secordia in aliquam calamitatem incidamus. Altera vero frenare cupiditates, & libidinem coercere ne ingenio simul & corpori immoderata libido officiat. Sed vide quæso quantum absit, vt in voluptate summum bonum dici possit. Ex bono enim nil nisi bonum oritur. At vero ex hoc bono quod profecto malorū omnium fons est poenitētia, satietas, dolorem, morbos, ægritudinem, eneruationē corporū, ignauiam, timiditatem, negligentiam nequitiam deniq̄ omnem exoriri oportet: cū qui se huic sectæ addixerit nil quod ad corporis aut animi vtilitatē pertineat excogitari possit, adeo est libidinū omnium agmine circūuentus. Voluptas igitur non modo bonum non est, sed malorum omnium caput. Ex ea enim petulantia, lasciuia, turpitudine, iniquitas, amentia, scelus, egestas,

Liber

ignavia, fraudatio deorū, atq; hominū contēptus continuo quasi fons quidā irriguus manat. Quid plura? ex hominibus certe intēperantes ac sequissimę fiunt belluę. Sed hos tandem missos faciamus & confutata falsa beatitudinis specie, quę vera sit atq; perfectā nisi qd ad hęc dicere volueris tandē explicemus. PL A. Nephās certe putarem, ea velle defendere q̄ tu falso a philosophis tradita multis ac maximis ratiōibus ostēdisti, neq; hoc quidē ad rem meā faceret, qui desiderio incredibili iam diu ardeo ex te audire quod verum sit, ac summū bonum q̄ nec diuites rerū necessariarū abundantiam, nec īperio & regnis potentiā, nec magistratibus venerationē, nec glorię & famę veram celebratē, nec voluptatibus cōstantē lētitiam inesse video, vt ex tua doctissima ac verissima disputatione intelligi potest. Perge itaq; si placet, & me q̄ inscitia & errore multum de via flexerā, ad verī perfectęque boni cognitionem tandē perducito. M A R. Si fessus es audiendomi Platina requiesce paulum. PL A. Quasi vero quies vlla maior dolori meo afferri possit, quam te cuius aspectu mirifice recreor admonentē docentēque intueri & audire. Idem mihi certe vsu venire sentio, quod inferis accidisse poetę scribunt. Vt enim illis omni pœna tandiu caruisse contigit, quandiu Orpheo cythara & fidibus pro salute euridices deprecari licuit, sic mihi certe intermissio quædā fit dolorū & calamitarum mearū audita tua elegantī ac docta oratione. M A R. Reuocanda nunc quidem mens est ab omni sensu, & cupiditate & ad verī ac summī boni cognitionem traducenda. De rebus enim magnis ac diuinis agitur. PL A TI. Age

dic quæso reflexi mentē in seipsam, vt nil excidat,
quod a te dicitur. Viribus enim & firmo pectore
nunc opus est. MAR. Ita est vt dicis. Cōtrahe pau-
lum pedes, atque audi. PLA. En cōtraxi & totum
me ipsum collegi. MAR. Omne profecto qualecū-
que id sit quod veri perfecti denominationē acci-
pit, ita quidem dictum ob falsum imperfectumq;
nemo est qui ambigat. Nam qui album in subie-
cto videt, eidē quoq; inesse posse eius contrarium
quod nigrum vocamus deprehendit. Contrarijs
siquidē contraria dignoscimus vt albū nigro, dul-
ce amaro verū falso, perfectū imperfecto. Cū igit
falsorū bonorū multiplices esse formas ostende-
rimus, quæ tandē vera sit ac perfecta, declaremus
oportet. Ea nimirū in solo deo rerum omniū prin-
cipe merito collocabitur. Deo siquidē, nil potius,
nil melius, nil perfectius, nil copiosius, nil glorio-
sius, nil qđ magis animos nostros delectet inueni-
ri excogitariue potest. Hūc certe nil talem esse cō-
rigerit rerū omniū patrē nullo modo appellare-
mus, cū bonū aliqd eo p̄stabilis reperiret. Perfecta
nāq; minus itebris nobiliora esse cōphēdunt. Hæc
em ab illis vt a potioribus principiū & augmentū
accipiunt. At vero tale aliqd de deo cogitare ne-
phas putandū est, cū omne quodcūq; in rerum na-
tura est, ita recte egerit disposuerit ordinauerit, vt
ī eo ad itebris ratē nil vltēri⁹ requiri posse videat.
Est igit ī deo sūmi p̄fectiq; bōi copia maxima, quæ
nec cōtinuo vsu dimittit nec extrinsecus alicuius
ope augeat. Diminui em qđ īfinitū est nō potest. Al-
terius deinde egere auxilio eū qui omnibus admi-
niculo est nequaquā certe consentaneum videtur.
Deus enim semper idem est, nec vllō modo dimi-

Liber

nutus aut a se diuersus dici potest. Summum namque dicere cui deest quod ab altero accipiat demerita profecto videtur. Præterea nil est quod magis diminutum aliquid imperfectum arguat quam aliquando a se diuersum esse, ut ex illis fallacibus bonisprehenditur, quæ a nobis paulo ante multirationibus sprete ac cōtempta sunt. Deus itaque summa cōstans perpetua integra beatitudo & fœlicitas est, hunc qui intelligit eundem contempletur adorat diuitias, potentiam, gloriam honores, voluptatem, facillime contemnit. Beatus enim & fœlix summū bonū adeptus quid amplius requirit non habet. PLATINA. Beatos igitur eos solos dicis qui sprete fortunæ bonis vnica cōtēplatione delectantur. MAR. Quid beatos immo deos ut enim iustos iusti participatione dicimus sapientes sapientiæ, fortes fortitudinis, sic diuos adepta diuinitate homines vocabimus, quod etiā dei ipsius voce in psalmo confirmatur. Dixi enim vobis dñi estis. Non igitur a ratione alienum est beatos homines participatione diuinitatis deos haberi. PLATINA. Magnum est certe quod bonis ac sanctis viris tua pollicetur oratio. Sed dic quæso istud quod summum bonum vocas partibus ne & membris constet, an totum idem est? MAR. Caue existimes tantum bonum, tamque excellens membris constare. Omne profecto quod partibus cōstat integrum dici nullo modo potest, cum partibus plerumque magna discrepantia insit. Non enim membra omnia ad idem semper concurrunt, inter quæ plerumque tanta contentio oritur, ut totum corrumpi necesse sit, at qui in deo omnia sunt idem quem quidem paribus constare

minime dici potest. Omne siquidem quodcunque est, tam diu integrū & perfectum remanet, quādiu est vnum. Nam quod partibus constat partium corruptione & interitu dissoluatur oportet. Vt in corporibus animantium cernere licet, quę animę ac indiuidui functione vnum quam diu possunt esse nituntur. Vbi vero mores interuenerit seiunctione partium statim dilabuntur & intereunt. Conantur illa quidem naturali desiderio subsistere, & quod fieri potest eius naturā imitari, vnde originem habuere: nimirū id quod est cernentia, verum ac perfectum bonum dici nullo modo posse, quod non constans vnum integrum simplex, syncerūq; sit. Hanc appetitionem vnitatis & diuturnitatis cum videas naturaliter animantibus omnibus & plantis inesse, non est cur ambigas deū vnū atq; idem semper existere ad quem certe tanquā ad arcem summi boni naturaliter cuncta festināt. Quem igitur rerum omnium cōiectura bonum esse comprehendis, ob eamq; rem ab oībus expectari. Integrum verum vnum ac simplex bonum facere oportet: quo cognito & adepto nil erit profecto quod amplius requiras, cum in eo singularis potentia & vnica sapientia insit. Hunc enim mundi globū, quem ex tam diuersis cōtrariisq; rebus constare vides ipse in sphericam formam redegit, nullius adminiculo vsus, eiq; immobilis ipse perpetuum quendam motum & ordinem ascripsit, quo regi oīa inferiora ac gubernari miro ordine cernimus. Neq; quicquam est quod hanc diuinam dispositionē queat infringere adeo est potētiae & sapientię vinculis connexa, vt solis lunę reliquorumque planetarum perpetui motus & eodē mo-

Liber

do semper sese habentes ostendunt. Hoc itaq; tñ tamq; excellēs bonū est, qui iuste fortiter prudenter ac sancte viuendo consecurus quid amplius sibi velit non intelligo. PL A. Nunc demum vero fateor falsi boni speciem me hactenus infcitia & errore stolide nimīū concupiuisse, cum sit quoddā æternum diuinum constans & perpetuū. Sed deo gratiæ sunt habendę, qui te hodie diuinitus certe huc misit vt haberem qui me doctrina & sapiētia singulari non afflictum modo consolaretur verū etiā grauius errantem in rectam semitā reduceret. Sed dic obsecro qua ratione hoc. tñ tanq; expectandum bonum adipisci quis possit. MAR. Disciplinis primū lustranda mēs est omni viriorum macula deinde & artibus instruenda a quibus tanq; gradibus paulatim superiora ascendens descēdēs rursus rediensq; per sæpe cognita huius fragilis ac falsę beatitudinis forma, verū illam & constantē totis viribus inquirat cōplectatur. Hoc facere qui vult omni prorsus vitio & concitato affectu carere debet, ne a tanta cogitatione ancipiti cura distrahatur animus. Fortem eum & constantē esse oportet, ne laboribus & perturbatione aliquā vincatur. Temperantē ne cupiditatibus & libidinum illecebris a recta via retrahatur. Prudentē ne infcitia & negligentia errorem aliquē incurrat. Habes nunc veri hac falsi boni speciem satis dilucide arbitror explicatā. Proinde cura effice enitere ī vita recte & honeste agēdo dolores & misērias equo aīo tolerādo mētē crebro ab histerrenis sollicitudinibus ad rerum celestīū cognitionē traducēdo quo post mortē beatus summo illo & pfecto bono cū tranquillitate vtī ac frui possis. Pla. Nil est certe qđ

æque fatere cupiam & veli. Sed dic quæso quo nã
iturus est adornare discessum te video. M A R. si
bñ pedibus vales, nil est qđ amplius operã meam
regras: iã ei sedatis aĩ tui pturbatiõibus delinĩtoq;
pedũ timore mea ac Theodori opa functus offi-
cio meo videor, qđ p̃tereavis. P L A. Vt me ames
volo: & ad me interdũ redeas, vbi tibi per ocũ
licebit nosti ibecilitatẽ naturę humanę. Varię in-
dies oriunt ægritudines tũ animĩ tũ corporis has
vt hydrę rēascẽtis capita absceas tua idustria &
arte oportet. M. Vbi te opa mea idigere cognoro
statĩ ac libẽs reuertar. Si mihi p̃ arcis p̃fectũ id fa-
cere licebit q non ita libẽter accedẽtes admittit.

Platinæ dialogus contra amores ad Iodou-
cum Stellam Mantuanum incipit.

Stella.



Alue Platina. P L A. Hẽ Stella qñã & vñẽ
S T E. Domo adre. P L. qđ causę fuit vt me ad-
ires. S r. Amicorũ (vt
est gręco puerbio v-
surpatũ) oĩa debẽt eẽ
cõmũia siue illa qĩ vi-
ta cõtingũt bona sunt
siue mala. P L A. Ita
est, lętari enim ac do-

lore affici ex his quę in vtramque fortunã amico
contingunt ea demum est vera amicitia. Quare
si quid habes quod te coquat mihi qui te cario-
rem habeo neminem ediffere. Vulneri enim tuo
nisi altius incedit ac omnino lętale est nõ nihil me
delę cognita morbi cã fortasse adhibebo. S T E.

Dialogus contra amores.

Ex vultu vt arbitror deprehendisti me aliqua p-
turbatione angi. PLATINA. Amor est mi
Stella qui te cruciat quod incessus tuus nunc car-
dior nunc cōcitator habitudo corporis p̄ter cō-
suetudinem ad maciem tendentis pallidula facies
mobiles oculi mens varia crebra suspiria cogita-
tiones tuę somniculosę etiā te tacente perfacile o-
stendunt. STE. Nescio ego rephensionis ne plus
an laudis merear, si aperre & ingenue amare me
dixerim. Nam quanti facis per deum immorta-
lem adolescentem qui nullo amoris stimulo ad so-
lertiā & sagacitatem excitus vitam agit inertem
& somniculosam? PLA. Vellem mihi ac tibi dari
ocium hac de re disputandi cognosceres profecto
nullam pestem ingenij adoleseētum perniciosio-
rē amore & p̄cacitate esse. S. Erit mihi ociū tā diu
certe q̄diu p̄ occupationes publicas a nobis aberit
Franciscus gonzaga cardinalis insignis & patro-
nus noster. Quare si vis & si nō omnino te solum
ames da te mihi hodie. PLA. & hodie & cras quā-
do voles me habebis. Soleo ego & id quidē per-
sape amicorum commoda meis anteferre Sed de-
ligendus est nobis locus in solitudine quo vtriq̄
nostrum ingenio & mente vti liceat. Ita namque
rusticorum strepitu & clamoribus tū diuturnis tū
nocturnis offendor, vt non cum hominibus sed
cum leonibus & asinis habitare me existimē a deo
sunt ab omni humanitate & ciuilitate remoti.
STE. Descēdamus si placet in hanc vallē q̄ mari-
num attingit. PLA. Recte admones erit hic locus
& ingenio & corpori vehementer accommoda-
tus, nā & liberius ratiocinabimur & ascēsu ac de-
scensu corpora nra exercebimus. Qd ante cibū ma-

xime faciendū ad valitudinē & robur cēsent me-
 dici. THE. Hac facilius descendemus te si vis Pla-
 tina: quia minus belle pedibus voles hūerq̃ meo
 descendēre subleuabo. Sæuus nimirū fuit Paulus
 pōtifex qui te etiā cōpedibus reuinctū in carcere
 detinuit vñ ægritudo ista oborta est. PLA. Im-
 mo vt hoc facias te rogo: ne cū in vallē descende-
 ro: quod agitatiōe nimia fieri solet tumore ac cru-
 ciatu pedū ab hac nostra disputatiōe auocer. De
 scūitiā pauli nullū verbū nunc facias. STE. Reti-
 neo ego te tu totus inhereto humero sinistro: vt
 dextera si i pręceps deferor me tēq̃ pariter a de-
 cliuitate defendā. PLA. ad illa pręrupta saxa quę
 e regiōe sunt velim proficiscamur adiuuabūt for-
 tasse nō nihil nos vmbre illarū maiorū quę olī his ī
 locis aduersarę sunt. STE. Est ne illud quod video
 manufactū an natura? PLA. Manu certe & opera
 factū est. Ex hac em̃ cōualle vt videre licet excide-
 bātur saxa: quibus formas illas īgētes & regias ex-
 tructas videmus quę Romā nobis proficiscētibz
 ad dextrā reliquūtur. Ex hac em̃ materia ædifi-
 cati sunt nō hi modo aquęductus sed plurima etiā
 in vrbe. Roma atria plurimi arcus triūphales plu-
 rima, tū publica, tū priuata ædificia. Extrāt profe-
 cto adhuc iēt lapicidarū extrāt semiexcisa saxa: &
 hic pōs quē in saxo cōcisum cernis duabus rebus
 permaximē accōmodatus esse debuit. nā & excisa
 de mōte saxa facilius per fornicē in conuallē de-
 uoluebant & aqua ista quę nūc per īfinitā vallē di-
 labitur sensim ab ipso fonte per decliua inōris &
 per hūc pōrē ad formas quę ī plano sunt deriu-
 ta ad vrbē facilius perduceretur. Eo siquidē alti-
 tudinis cōscendit aqua cuius ipse vnde deriuatur

ff

Dialogus

sons est. STE. Hęc fieri sine magna ipenſa & multis opis nullo modo potuere. PLAT. Quaſi verohis de fuerit opes & ſerui qui prouincis & nationibus oĩbus iperitabāt. Audiuiſti credo. M. Craſſum ciuē Romanum raceo luculū & innumerabiles alios dicere ſolitum eum ſolū diuitē ſibi videri q̃ ſuis ſumptibus exercitum Romanum p̃ annum alere poſſet. Qui qđ & quicq; & ſex milia ſeruorū priuatis ſumptib⁹ pleriq; nutriuere nec tātis qđē opibus ipares eos habuiſſe aĩas cernimus cum ī alienis elemētis ac ſi ī terris anguſte habitaret auſi ſint ædificare. nā & plana mōtib⁹ coęquarūt & iactis iſanis molibus maria ſtrauere quod nūc quoque, tum ī vrbe, tum ī municipiis, tum ī ſuburbis ex ruinis tot ac tātorum ædificiorū cernere licet. STE. Facile credideri eos & hęc quorū ruinas cernimus alia quę ſitus ac vetuſtas cōſumpſit ſtruxiſſe cum maria & terras virtute, & tolerātia ſuo adiecerit iperio. Sed miſſa hęc faciamus Platia ī vallē deſcēdimus deſige locum vbi mēte & corpore quieſcamus. PLAT. Ad illā quę p̃ aquulā ſaxa leuiter ſuſurrat: ſub opaca ilice optie manebimus: nā & æſtum vitabimus, & ſitim quę ex nimio ſermone excitari ſolet æſtate præſertim ſi opus erit ſedabimus. STE. Locus eſt certe amœnus, ſed dic tãdē vñ medelā huic meo vulneri ſuſcipias. PLAT. Definiēdū eſt primo quid ſit amor: ex cuius deſcriptiōe quę ſint morbi tui latebrę facillie deprehēdemus. Deide ſi nō omnino ſalutē tuā aſpernabere: remediis adhibitis ad ſanitatē reducere. STELLA. Age dic quid ſit amor. PLAT. Amor duplex eſt honeſt⁹, ſcilicet & ihoneſtus. Honeſtus eſt qui oritur iter duos natura quo ad fieri poteſt

& similitudine bonorum mortū perfimiles. Quale fuisse Scipiōis & lelñ accepimus. Inhonestus autem is dicitur: quo corpore & animo stolide quidem ad rem cōcupitā ferimur nulla adhibita modestia. Hac perturbatiōe qui āgitur nō video cur sanus dici villo modo possit, cum dulci veneno, amaro melle, tristi gaudio affectata deceptiōe delectetur. Vulnus em (vt ait poeta) venis alit & cecocarpitur igni. Tāta siquidē huius morbi vis est, vt amantis immo, vt verius dicā, amentis animū cruciet corpus cōficiat: mentē ita sede ratiōis dimoueat vt nil tandē prēter imaginē & speciē (vñ Zelotypia dicta est) amasse videat. STELLA. Pinxisti mihi vt vulgo dicitur inferos. Male profecto mereris de amore qui sic eum vt rē pestiferā & perniciosam detestaris. Oaue Platina iram tantinuminiis hac verborum licētia in tuā perniciē concites. Cum voluptate enim vt arbitror nondum in gratiam redñsti, proinde desine eum maledictis inesse: cuius sēuitiam & olim expertus es & in futurum fortassis experire. PL. A. Dic meliora quæso: quoduis enī supplicium pati mihi quanto æstibus ac tanta carybdi rursus ventari. Fatebor ego ingenue quidem dum feruore adolescentiæ æstua rem amoris procella & tempestate diu vexatum neq; prius portum quietis attingere potuisse: quam expiata mente amoris illecebris philosophiæ me totum ac negotio addixi. Adolescentib⁹ em nulla res otio & quēte pmitiosior est. Vñ Naso poeta hac peste laborātib⁹ remediū datur⁹. Si tollas (iquit) orā piere euoidin sarcis. Ea est em adolescentiū naturæ: is ætatis feruor, vt otiosi male agere discāt. Nec mirū cum i eos plus
ff ñ

Dialogus

Imperij ac praeceptis habeat appetitus quam ratio. Agitur siquidem infinitis prope cupiditatibus non dum in disciplina bene viuendi ob tenellam aetatem firmatis eorum animis quod fieri sine tempore & longa exercitatione minime potest. Quare si sapias Stella meo & aliorum exemplo edoctis tibi ab hac peste cauebis. STE. Non possum ego adduci ut credam id esse malum quod animantibus omnibus utiliter a natura datum est. Natura enim ut audiuisse a philosophis me meminisse nihil agit frustra deficeret profecto animantium omnium nisi hac coeundi cupiditas & amor viuentibus naturaliter insitus esset. Habet mea quidem sententia nescio quid diuinum cum ad immortalitatem formarum omnium prospicere videatur. PLAT. Amorem esse rem praeclaram & diuinam non negaueri ego cum omne quod in mundo mouetur & agitur beniuolentia & amore quodam moueatur. Nam superiorum sphaerarum & siderum planetarumque cursus beniuolentia quadam inferiora agunt. Cum eodem modo ad diuinam dantur genitura rerum omnium semper sese habeant. Rursum, ignis, aer, aqua, terra, ea beniuolentia ad procreationem rerum generabilium & corruptibilium concurrunt ut per partem naturae suae indiuiduis addant. Verum hic amor utpote diuinus eodem semper modo sese habet, non appetitu, non cupiditate, non licentia, non lasciuia, non libidine, ut is quo te angis video effertur: quod si quaequam inuenero his cupiditatibus tanquam terribili labe repurgatum ad procreandum & cura eorum quae procreata sunt sancto legitimo hone sit amore efferri eundem caste integre & sancte amatum dixerem. STE. Nimirum refecas haec ad uium Platina. Nemo certe hac tua sententia honeste amabit & quod deterius est multos hac tua

verborū seueritate a tanta tāque vtili & necessaria reuocabis. PLAT. Didicisti n̄ fallor a stoicis nil esse vtile quod non sit honestū: proinde desine necessariū id & vtile dicere quod cū turpitudine & flagitio sit. stuprū nāque cōmittere incestū adulteriū, sacrilegiū: ita per se nefas est vt honesto & vtili contrariū nil magis videatur. Honestē enim vt ante dixeris amare dicitur quis preta quoad fieri poterat immoderatis cupiditate qua plerique omnes ferimur coniunctionem apparet vt simile sibi quiddā procreet: quo nihil pōt esse homini bñ morato & ciuili iocundius cum videt ī filio honesto & legitimo matrimonio nato immortalitē sibi per successionē generis quodammodo parari. STE. Eadē ratio & maior fortasse iocunditatis & vtilitatis in notho est quā in legitimo cum plus in illo creando amoris concurrir: quę res diuina habetur quā in hoc quem facta nescio qua seueritate procreari dicis. Qua vero generari quisquam in quauis specie possit nisi interuenerit titilans illa libido quę ī generatione cum voluptate maxima sentitur. Hanc ego ita vtiliter animātibus ōnibus a natura datā puto vt hac sublata ī contēptū venturam generationem existimē: quasi hac vt illecebra quadam excitētur ad procreationem oīa. PLAT. Epicurus ōnino es vt mihi quidem videtur: qui voluptatem pluris quam honestatem & vtilitātē facis: deciperis profecto cum ex nō bona causa tantam tāq; pręclarā rē oriri dicas. Non negabo ego titilationem tāquam īstrumentū quoddā in generatione necessariū esse: nō tñ oīno dicā ex tam vilissima re potissimum animātium ī diuina procreati. Quid, putas ne eam philosophiā quę

ff in

Dialogus

de morib⁹ est frustra & iutiliter a philosophis excogitatū esset. Hac retinetur i officio corpus multis ac maximis voluptatum illecebris tāquā pessimis satellitibus obsessum. Hac sensus castrigantur, hac appetitus obtemperare rationi cogitur. Hinc tanquā ex fonte honesti quid deceat in vita: quodque dedecus deprehēditur. hic matrimonii ratio qua veramur transire linquā ad utilitatē & dignitatem humani generis inuētam cum hoc vinculo frēna vaganti licentiæ & libidini sunt iniecta. Taceo fortitudinum temperantiam iustitiam quibus ut tolerantiam rerum quæ in vita accidunt perdiscimus. Ad do & abstinentiam cupiditatum quibus tāquam procellis maritimis continuo vexamur: æqualitatem sine qua stare mundus ne dicā ciuitates vix posset. Hoc pulcherrimum inuentū hoc donum deorum cōtemnere oīno videtur hi qui rapere ex alieno, qui timide & icōstāter agere, qui i appetēdis rebus nullū habet honestū finē nullam cupiditatem & libidinum metam in aliena vxore apperēda in viciāda virgine i quouis i honesto & illicito cōcubitu. STE. Istud tuū philosophari Platia ad rē nrām nihil facit amādum em potiusq̃ nō amādū adolescētibus vtile & necessariū multis rōnibus oīdā. Vtile id nūc ego existimo q̃ vulg⁹ bonū expectēdū dicit. ne rursum me i nōie polysemo capres. PLA. Neq̃ mihi qdē de futura argumēta arbitror qbus ostēdā te errore maximo detineri: q̃ tā obnixē p voluptate certaturū te polliceris. ST. Mecū agas syllogismo nullo modo veli. PLA. Ab vtili sumentur argumēta. Sed vnum te monitum velim: ne de amore qui ad legitimū connubium respicit verbum nul-

lum facias, ne rem inhonestam sancto tuearis nomine. STE. Nulla profecto res est. quæ magis excitet adolefcētes ipsos ob tenellā ætatē dormitantes q̃ amor ipse. Vīsa em̃ pulcherrima forma auditoque dulcissimo cōcentu olfactu item ac tactu rebus suauissimis excitatis aīm adhuc recētem & ob eam rem bonarum rerum ignarā erigit: applīcatque illi rei maxime. diuinitus credo quæ ei, & ætate, & moribus, & forma persimilis est. Hāc sequitur, hāc diligit, huic vt placeat gressus rudes manum ac totius corporis motū decēter cōponit vt ciuis & nō rusticus esse videat. Verba idonea ad persuadendū excogitat, oībus in rebus quærit ornatum, nitidus mundus tersus ciuilis comis cupit videri. Rusticitatem & morositatem tāquam res perniciosas deuītat maiores natu veneratur, æquales obsequio & vrbānitate sibi deuicire studet. Gymnasia virtutis causa frequētat. Quid plura: nil dicit, nil facit, ex quo nō elūceat pulchritudo quædam, dolet item sicui iūria īfertur. Magnificus & liberalis ī eos est quos nouit de se benemeritos esse. Quod si qd ei dicto vel facto exciderit, vt adolefcētibz nōdū ī virtute bñ firmatis cōtingere solet erubescit, dolet cruciat & demū gescit nūquā donec erratū virtute & īdustria emēdauerit. Fortitudinē vero bellicā magnitudie rei delectatus ita amplectit vt honestā mortē quod mirū in adolefcēte videri debet ociosæ & ignauæ vitæ anteferat: qualē fuisse Chorebum Migdonidē legimus qui amore Cassandræ icēsus ī armis mori pro laude & gloriā pulcherrimū existimauit. Nō dico qd egerit Tydeus ob amorē thebano. Quid Achilles Thoiano. Quid Aenas latio bello, quid

Dialogus

item innumerabiles alij qui dū oībus placere studēt: maxie vero illi quam rātopere amāt nullū in grauiſſimis prelijs, pro patria, p̄ parētib⁹, pro cognatis, pro amicis periculū ſubire reſuſarūt. Vnde quāſo poeſim habemus virtutum oīm clariſſimarum p̄conium oīm optatiſſimum: ab amore. Quid ingenium orphei excitauit? Euridice. Quis nobis Catullum poetam dedit? Leſbia. Quis Flaccum? aſterie. Quis Naſonē? corinna. Quis Gallū? lycoris. Quis Anacreontē lyricum poetam? Battillus adoleſcens. Quis Maronem deum poetarū Galathea nymp̄ha. Quis Pīdarū? hearinus. **PLA.** Ex his mihi vnus videris eſſe Stella quos Ariſtoteles parum idoneos ad philoſophandum oſtendit. Fieri em̄ minime poteſt: vt is recte de morib⁹ & cauſis rerum diiudicet: qui perturbatiōibus animi exagitat⁹. Vnde bene iſtitutū Pythagoricis cēſetur: q̄ adoleſcētibus eorū gymnasia doctrinae cauſe frequētaturis i quiquēniū ſilentium indicebant ne prius hiſcere auderēt q̄ recte agere & docte loqui didiciſſent. Senſus quidem dicis in adoleſcente tenero adhuc & ibecilli ob amorem & cognitionem rerum excitari quod contra vſum euenire cernimus. ad epulas liquidem ad luxum, ad libidinem: ad ocium: ſpretis legibus: ſpreta religione, ſpreta diſciplina, i compoſitis & diſfluēti- bus ſenſibus: omni ipetu feruntur. Non formis rerū delectari ad quarū cognitionē iſtellectus noſter dū perfici ſtudet ſenſibus tāquā fenestris & iſtrumentis q̄buſdā vti. Nil em̄ in iſtellectu eſt qd non prius fuerit i ſenſu. Hic ſapiēs q̄ animū paſcat cōtinuo ſumit: bonū a malo ſeparās: dulce ab amaro vtile ab iurili. At adoleſcēs q̄ nō iudicio ſed libidi-

ne cuncta metitur, muliercularū illecebris & fuca
to colore captus diuinū nescio quid in eis esse fal-
so existimās, q̄amat hanc sequitur, hāc cupit, hāc
probat in hac bona omnia esse putat, eius oculos
faciem manus incessum motūq; sic intuet & admi-
ratur, ac si inde elici summum bonū posse existi-
met ad huius verba ad cārū non secus flectitur ac
nauigantes in freto siculo scribunt poetæ si quādo
in sc̄i & inconstantes syrenarum cāribus delectati
de navigatione flexissent. Dices fortasse hac volu-
ptate nō adolescētes tm̄, qui magis sequuntur affe-
ctus cruciari Verū etiā senes in quibus cupiditatū
fomēta ob senectutē extincta esse deberēt, hoc ego
non negaueri in quosdā cadere qui vel natura vi-
uaciores sunt, vel minus belle in vita voluptati-
bus obstitere: vt de Salomone & Dauid legitur.
Flexit item pulchritudo helenę apud Homerū se-
nes troianos qui sceam portā conscenderant. Pari-
dis & Menelai singulare certamē īspecturi, eo nāq;
cum mulier tanti certaminis premiū ascēderet ele-
gantia formæ adeo mentes sapientissimorū viro-
rū primo cepit, vt tantū bellū eius causa merito
dicerent esse concitatū, addidere tm̄ prudētissimi
senes suorū credo cladibus admoniti & ab appe-
ritu ad rationem reuocata mente verum habeat
quanquam pulchra potiusq; patriæ nostræ perni-
ties sit. Non idem etiā contingit his quos medusa
īcredibili sua pulchritudine partim in saxa, par-
tim in bruta conuertit. Saxei nimirū fiunt homi-
nes & in brutorum transeunt naturā qui mulier-
cularum forma & illecebris capti vitam agūt in-
temperantē & libidinofam. Nec excitatur (vt di-
cis) adolescētes ad virtutem ob amorem cū nihil

Dialogus

sit tam virtuti conerarium quā flagitiose & intem-
 peranter viuere, quanquam non constanti & suo
 sed alieno vt amantes solent pendere arbitrio. Igi-
 tur in fabulis Iouē quoq; Martem Mercurium cæ-
 terosq; deos puellarū amore exarsisse, quod ideo
 certe scribunt poetæ, vt ostendāt viros etiam sa-
 pientes & fortes quos vel deos vel semideos, vt
 herculem Theseū Pirithoū vocamus perturbatio-
 nibus & quidē vehementibus interdum commo-
 ueri, sed eos virtute & cōtinentia detentos a tāto
 dedecore & turpitudine tandem redimī. Præterea
 quid est quod tam auocet mentem animantium a
 ratione bene viuendi quā amor ipse? Vnde certe
 omnes animi perturbationes oriuntur, crudelitas
 vt de medea legitur, quæ vt iasonē quē deperibat
 tutius sequeretur Absyrthum fratrē in itinere la-
 cerauit, quo patrē insequentem dolore quem de
 morte filij capturus erat remoraretur. Eadē quoq;
 ira percita quod novos amores suis præferri vide-
 bat, duos filios ex iasōne susceptos disceptos in
 ora patris coniecit. Quid progenes stuprata foro-
 re? Nonne patri Thereo ob vindictam Irym filiū
 epulandum apposuit? Atreus itē simulata reconci-
 liatione cum fratre: qui eius vxorem incestasse di-
 cebatur, Thyeste filios epulandos apposuit. Coniu-
 rauit Clytemnestra cū Aegysto adultero in perni-
 ciem mariti Agamemnonis, quo interēpto Hore-
 stis furor in matrem concitatus est. Donauit scylla
 nisi Minoi regi cuius amore tenebatur sublato fur-
 tim crine aureo vitam & imperium patris: huius
 autem tanti facinoris meritam postea mercedem
 scelerata filia consecuta est. Decepit Theseus A-
 riadnem cui fidem coniugij dederat, prælata phe-

dra, Hæc postea amore Hippoliti incensa patrem
Theſeum in perniciem filiꝝ concitauit: Cessauit a
virtute Hercules amata Iole & Deianira cuius
gratia & tantum robur cecidit magnas clades
Achillis ira danaïs iniicit sublata briseide, quam
mirum in modum amabat, hinc deinceps Poli-
xenꝝ nimius amor ad interitum perduxit, demo-
phontis tardus reditus amanti phillidi exitio fuit.
Periit in vndis Leander, dum bosphorum noctu
ad amicam natitat. Remorata est vlyſſem circe, re-
tardauit Annibalẽ quominus victoria vteretur
amor foemellæ appulæ. Tarquinio regi exitio fuit
stuprata a sexto eiꝝ filio lucretia. Periit in vinculis
Claudius decemuir quod virginiam virginis fi-
liam ob amorem in seruã summis falsis asserto-
ribus vindicare sibi contra ius fasque conatus est.
Virtutem. C. Cæſaris non nihil retardarunt ille &
cebrꝝ cleopatrz quæ postea. M. Antoniũ minꝰ cer-
te constantẽ oĩno dedit peſſum. qd memorẽ q̃ ſce-
lera: quas cædes: quas proditones ob amorẽ cõ-
miserit: Claudius calligula, Nero qui cognatarũ
& affinium nefandos concubitus non reformida-
runt: Dicis præterea adoleſcẽtes amore ad ſtudia
bonarum artiũ ad omnem deniq; virtutem exci-
tari. Sed per deum immortalem quonam modo
fieri poteſt vt qui fluctibus perturbationum oĩm
vexat mēte alicui p̃claro negotio applicet. Amē-
ritũ em̃ n̄ ſunt cruciatꝰ dolēt quũ aliũ vident ſibi in
amore p̃ferri. Gaudēt ſi qd vel minimꝝ ſpei redeũ-
di in gratiã viderint: timēt puellarũ leuitatẽ, ira-
ſcũtur cũ datã fidẽ falli vidēt. His affectibꝰ ſit vt
nō ſolũ ſtudia diſciplinãrũ omittāt quæ mēte quie-
tam & omni prorsus perturbatione carētẽ regrũt.

Dialogus

tam & oī prorsus perturbatione carentē requirunt, verum etiā patrimonīa dissipent, parentes decipiant amicos post habeant. His autē erroribus plenae sunt comedīae poetarū oīm. Cōqueritur in andria simo de perfidia daui de contumacia filiī Paphili aliā quā ipse volebat amantis. Cruciat trasonē Thais in eunucho pellit in militiam durus passer cliniā amātē qua ex re ἐὰν ὁ πταῖς μερίμναις ἐρίχῃν. obiurgat mitio demeā fratrē qđ ī filios amātes nulla indulgentiā vratur. Elegia quāso a poetis celebrata quid aliud sibi vult quā vt aliorū malo & exemplo docti adolescētes carybdim amoris deuitent. Describit affectus heroidū Ouidius. Narrat miseras suas propeertius. Male dicis nonnunquā amicæ, & lenā crebro execratur, Iratus tibullus, Ardet in alexī Virgilius, insanit ob amorē archilochus morret & lachrymatur absēte phaone sappho. Non negauerī ego istorū ingenia indignitate rei mora dignū aliquid excudisse. Sed perinde eorū dicta accipi debent atque vatū insipientiū responsa quæ siquidē ad rationē bene viuendi pertinent suspicienda sunt. Quæ vero secus caute vitāda ac si rosas e spinis deligeremus. Memini me vidisse in gymnasijs italicis adolescētes, & quidē præstantis ingenij qui omnino ex amore perdiri otio & lasciuia florē ætatis consumpsere earū doctrinarū oīno ignari quorū gratia a parentibus cū magno dispendio rei familiaris ad præceptores sunt missi. hinc oritur desperatio sero poenitentia subeunte cū vident ingeniū simul cum re se amisisse. Hinc furra hinc rapinæ hinc cædes hic cōtēptus deorū atque hominū. Quid quod in verbis vultu motu corporis non sanā mentē amātea

præse ferūt. Vt de didone Vergilius, Incipit effa-
ri mediaq; in voce resistit, non dormiūt noctu sur-
sum atq; deorsum cursitant, vsq; ad lucē vigilāt,
suspirant lamentantur exanimantur quauis mini-
ma suspitione. Non leuantur hac cura publicis spe-
ctaculis non ludis non iocis non venatione nō au-
cupio fastidiunt omnia: risus quidem in eis sardo-
nius est. Videas plærumq; hominē tremere palle-
re oculos rerorquere & oīno mente alienari ac si
morbo comiciali agitaretur, querit rixas quarie-
iurgia querit lites digladiari etiā nudus cū arma-
to non recusat adeo demēs & infānus est, stare p-
missis nescit. Si quid iuramento etiā promisit idē
postea periurio negat: neq; qđ pollicet putes eum
præstare. De rebus oībus virio mentis peruersæ
dijudicat, quod falsum est affirmat, quod verum
refellit: si quid ei præter spem acciderit non igna-
uiam non stoliditatē suā accusat, sed cœlū ac deos.
Hominē ad tēpus maxime autē vbi amica ei arri-
sit ciuilē comē facundū putabis mutata vero for-
tuna inurbanū contumacē morosum ac petulans
tem dices. Videas eū interdū squallidū pallidum
macilētū, ac si ab inferis rediret, adeo est a cor-
poris cultu & ornatu virili alienus. Interdū vero
ita munditijs studet vt nihil nisi sexu a prostituta
differat. Iter si quo ceperit imprudens facile de
via flectit. Interloquendū inter cœnandū persæpe
fieret cogitabundus quonā pacto amata poriatu-
r: hac cogitatiōe plurimū se oblectat in hac quiescit.
Neq; est cur in tāta animi & corporis perturbatio-
ne de eius salute queas sperare, cum neq; bene ad-
monentium cōsilia audire neq; amicorū remedia
pari velit, Fortitudinē & modestiam non esse vllā

Dialogus

In tam perduto adolescente quis non videt? cum
 ab improbis dominis dedecoris & turpitudinis fa-
 cillime & primo cōgressu superetur. Hūc ego for-
 tem in rebus bellicis credā quē sola muliercula re-
 uinctū grauiissimis catenis in triumphum ducit.
 Quē verberatū tanq̃ nequissimum seruum expel-
 lit reuocat pro arbitrio quonā modo hostē arma-
 tum feret: qui ne foemellæ quidē subiratē vultum
 ferre potest: sub galeāne: sub sago: sub aggere:
 sub pellibus: Militaris labores & vigiliis patiet.
 Qui ob intemperatē vitam effoeminatissimus
 est factus: Illum postremo liberalē in amicos exi-
 stimabo, qui neq; vñ suscipiendum neq; cui dādū
 & quantum satis scit. Nisi forte liberalis is dici po-
 test qui & lenonibus & meretricibus & prostibu-
 lis explendæ libidinis causa quod habet inconsul-
 te ac temere effundit. Quid quod morbus iste eo
 demētē & desperationis amātes nōnunq; perdu-
 cit vt sibi manū inijciat: vt de Pyrasmo & Tisbe
 apud Ouidiū legimus. de didone apud Maronē
 q̃ infecta psona amātis foemine perturbationē mē-
 tis & rabiē apposite & eleganter scribit. Libet hoc
 in loco vnum profiteri, nullā pestē ac morbū eōci-
 tatiōe amoris hominib⁹ capitaliorē esse. Industriū
 siquidem inertem & desidiosum facit fortē imbes-
 cillē & effoeminatum, magnanimū, timidū, libe-
 ralem, auarum, vt habeat pecuniā instrumentum
 libidinis. Modestum & tēperantē, incontinentē &
 voluptuosum: prudentem insanum et stolidum
 vrbānum rusticū, ciuilem & iocūdum, morosum
 ac difficilē, verū mēdacē & foedifragū, humanum
 crudelē, vt de phineo legimus qui filios proprios
 ob amorē harpalicis obegcauit. STE. Retexti p-

fecto vulnus amantum, neq; me piget oīno rectū
hac de re locutum esse. apre em̄ video quo errore
sim implicatus. Verū nihil abs te actū est, nisi addide-
ris qua ratione mihi a tanto malo cauere possim.
PL.A. Si eius rei quā amas naturā & mores inspe-
xeris facile a tā intēperāti & libidinosa bellua ani-
mum tuū reuocabis. STE. Scio adolescentes ætatis
vicio libidine maxime agitari, his si fœminarum
cōcubitus interdixeris in maius fortasse ac tectius
viciū plabentur. P. Si erunt bene morati & si fla-
gitiosam pediconū ac pusionū virā inspexerint fa-
cillime honestatē turpitudini anteponerent. Hoc
em̄ vicio nullum potest esse turpius ac pernicio-
sius, derogare siquidē videntur n̄ qui hoc fœdissi-
mo morbo laborāt fœcūditati humani generis cū
virili semine aliter vtunt atq; vtēdum a summo
deo accepere, Ducāt vxores illi qui minus constā-
ter veneri resistunt: procreent sibi similes hac p-
pagatione faciant vicos, augeant ciuitates. STE.
Videris mihi incōstāter loqui, qui in vno rep̄hē-
dis, qđ in alero pbas ducere vxorē eādēq; asper-
nari maxime mihi cōtraria vidēt. P. Laudaui ego
ante & nunc laudo amorē, vñ cōnubiū orit̄. Vi-
tuperaui itēq; adulterium incestū stuprum ac cete-
ra flagitia venerea præferim. STE. Redi quæso ad
id qđ institueras & qua ratione animum ab amo-
re auocē ostende. PL.A. Primum consideres opor-
ter, quanta sit dignitas virilis quod præclara mu-
nera leorsum a fœmina sunt data, tum ingenij tui,
tum corporis quanta constantia quanta prudētia
quanta diuinarū humanarūq; rerū intelligentia,
quantum robur in obeundis negocijs tum domi-
cū foris. Deinde oculū flectas ad hoc animal im-

Dialogus

perfectum omnino imbecillitate sua contemnēdū
in quo certe si quid dignitatis & pulchritudinis
ineſt id totū viro eius gubernatori tanq̃ rudis &
incompoſitę maſſę quali ſtatuario euidā tribuēdū
eſt. Natura em̃ (vt Ariſtoteſi placet) formis omni
bus marem tanquā rem perfectam ſpreta ſemina
nāditur efficere, ad huius vero integritatē oēs
vires confert huic accōmodat in hoc ſe oblectat
quod amplitudinem ſuā ex perfectiore re extollit
putat. Femellam autē ſi præter ſpem vel per acci
dens (vt philoſophi dicunt) creauerit eā nobiliori
cuidam annectit emēdaturā quoad fieri poteſt er
ratum ſuū. Hinc eſt quod hoc animal tam cupide
virum appetat ab eo accepturum quod ei natura
quidē deſt. Verū tanta eſt imbecillitas & incon
ſtantia huius ſexus vt virū non oīno ſapientē ſe
de plærumq̃ ſua facillime dimoueat: huic autem
periculo non obſtacio ego niſi viros probatos & cō
ſtantes. STE. Mitte quæſo hoc tuum philoſophari
& vulnere noſtro iam diu detecto medere ne con
tinuo cruciātu pereā. P L A. In muliere non caſtra
nil boni eſt quare ſic appetenda ſine eius animū
ſiue corpus inſpicias. Fallax ſiquidem & mendax
eſt, ac rerum oīm turpiſſimarum affectatrix, non
herbis non venenis, non comitibus, nō execratio
nibus parcit explendę libidinis cauſa, quod ſi de
mones rei ſuę fauere exiſtimauerit, contēpta reli
gione & ſprectis dñs immortalibus eos colit: eos in
uocat illis ſe totā tradit. De crudelitate eiꝰdem
& pertinacia non eſt cur ambigas, cum Tigride
immanior ſit inuenta, vt de Mēdea & Agrippina
legitur quæ in multorum necem oblibidinem cō
ſpirarunt. nullum præterea bellum grauiffimum

exortum est: quod ex hoc malorum oīm fomēto
 nō sit cōcitatū vt Helenę ionis Europę historia
 indicat, quot cēdes, quot icēdia, quot rapinę, quot
 supra ī tā grauissimis bellis sint cōmissa excidiū
 illi p̄facile idicat. Nulla est ī hoc sexu cōstātia nul
 la fides: ī rebus autē turpibus malicia & p̄tinacia
 vtuntur plusquā dici potest: semp̄ em̄ cogitat q̄
 modo hunc expilet illum circumueniat. Maritum
 si quę habet illi oīa de se bona pollicetur illi blan
 ditur, illū verbis deum esse ostēdit. Mōcho deidē
 oculis vultu manibus execratiōe vel signo aliq̄
 tōcubitus suos pollicetur. Est præterea tāte auda
 cię & calliditatis vt ī crimine deprehensa summa
 cum p̄tinacia se recte fecisse audeat approbare
 polliceri aliquid & pollicitū negare apud eā pro
 ludo habet adeo est fallēdi cupida. Nō dico quos
 gemitus: quas lachrymas: quę suspiria simulet de
 cipiendi amantis vel mariti gratia. Si quid ei qđ
 nō placeat fuerit ip̄eratum. Quale illud & quo
 modo sit agendum simulata ignoratione nescire
 se ostendit. Facillime vero ad oēs affectus moue
 tur nec secus mobilis ac frōdes sunt flantibus v̄ē
 tis. Inuida est auara vt āphiarei thebani vatis cala
 mitas ostendit: quem viso argię cōesto quærenti
 bus prodidit. Nō si posset maritum vel amicum
 ex quouis grandi periculo vno quadrāte redime
 ret, nulla pietate, nulla gratia, nulla mīa, nulla re
 ligione ad officium mouetur: nō credit deos esse
 nō sc̄tōs. spectatū (vt iquit Naso) vadunt specten
 tur vt ip̄sē. In īcessu dñi īmortales quā pōpā quos
 fastus ostendit vt canis rabida, vt tygris excāde
 scit. Si quis ei obiter structuram palleoli vel rugā
 paulo īdecentius mutatur. Quanto studio faciē

Dialogus

quærat speculo quibus medicamētis eandē lini-
at: qua arte crine flectat qua diligentia sinus cyc-
dis & rugas cōponat norunt ancillę cosmetę quas
verberat: quas cruciat: si qua ruga paulo i cōptius
ab humero defluxit. In his nugis diē cōsumunt pe-
riturę dolore & inuidia si quā viderint ornatiorē
se in publicum prodixisse. Hic est quod auersę cu-
bant marito hinc supellectilia oīa resupinant. Hic
seruos eijciunt domo: hinc ancillas vsq; ad necem
verberant: nec tantę irę modus vllus inest: donec
maritum vel amantem impulerit diuendito etiā
patrimonio: sericas vestes & purpureas saphiros
smaragdos chrysolitos margaritas & qcquid gē-
marum in precio est sibi emere. Vult gregē seruo-
rum, vult ancillas ex scytia vsq; & Ethiopia em-
pras quam exquisitis delectetur epulis neq; terre-
stribus solum sed maritimis non attinet dicere cū
tota voluptatibus sit dedita. Vult hœdulos lactē-
tes adhuc. galli nam alitem: perdicem ficedulas a-
nates querquedulas, elixas, turdim, turturē,
fartum, lepore altilia ex farina. iuolura echinos,
ostrea, peloridas. Ex herbis asperagos, bulbos æ-
tucas & quicquid libidinē mouet. Vina non nisi
preciosa bibit quibus adeo se igurgitat. vt mari-
tum suū psępe vrina & nausea repleat Fastidit mē-
sam non magno apparatu positam. vult myrina
pocula, vult chrysalina, vult pateras argento &
auro cælatas. Hæc autem omnia quando placet:
vel sub hasta vendet, vel in pignus ponit, post ha-
bita cura rei familiaris. Balnea porticus, theatra,
ludos, choreas frequentat. His in locis quanta pe-
rulantia & procacitate vtatur, indicant rixę inter
amantes ortæ cum non vnum sed plures meretri

cū sillecebris ad amorem sui pellexerat. Lenas ha-
 bēt quæ validos & membroſos mœchos magnis
 præmijs conquirant. Adeunt templa rem diuinā
 audituræ vt ipſę ſimulant: ſed vel deſidioſum mo-
 nachum, vel fratrem ſimulatorē ac diſſimulato-
 rem, vel preſbyterum intemperantem ad libidi-
 nem, oculis, lingua, labris prouocat. His ſe totam
 tradit ab his vt pote libidinoſis & intemperanti-
 bus eius libido aliqua ex parte lenitur. Labra di-
 ces eas & ſupplices quidem mouere. Quid aliud
 quęſo deum rogāt quam vt libidini ſatiſficiat ſue.
 Non pro ſalute mariti, vel filiꝝ, vel cognati, vel
 affinis vota ſuſcipiunt: ſed aut pro reditu mœchi
 ſi abeſt, aut pro valitudine lenōis ſi egrotat. Si pere-
 grinatio cum marito ſubeunda eſt valitudinem
 ſimulant: & languorem animi præſeferunt. Si cū
 adultero: nullum laborem, nullam peregrinatio-
 nem, tum terreſtrem, tum maritimam recuſant.
 Eſt inſuper operę precium cognoscere quos ama-
 tores ſibi deligant tam libidinoſæ beſtiæ. Hæc em̃
 vt luſcum aut lippum amat. Illa aut claudum,
 aut varicoſum: alia, aut ſtrumofum, aut gibbo-
 ſum. Nec expectant ſemper vt eas adulter adeat
 ſed ipſę furꝝ libidinum incēſę tanquā rabidæ ca-
 nes noctu ac die amatores inuiſunt domū reuerſę
 ſi, aut marito, aut cognatis reddēda fuerit abſen-
 tię ratio cauſat officiꝝ gratia ſe vel ad cognatū
 grotantē viſendi ac cōſolādi hominis cauſa exiſſe:
 aut vicinam puerperā de more iuiſſe. Deprehen-
 ſę in aliquo crimine verberibus caſę cōtinuo fiūt
 peiores: adeo ſunt ad delinquendū prone: quid a-
 gant ipſę iter ſeſe ex ſatyro cognoscere. Qui & æ-
 quitate inuicem & lambere ſe oſtendit: præſertim
 gg ñ

Dialogus

cum, vel calones, vel lixas, vel polictores domi
nō habuerūt. Nō dico quibus cōiitijs maritos ab
sentes lacerent: maxime vero si vel ob modestiā
vel ibecillitatē naturę i venerē fuerit tardiores.
Nolunt villo modo hoc cibo defraudari sœuissi
mæ viperæ, quicquid cogitant, quicquid somni
ant, quicquid agunt id rotum ad rē venerēā spe
ctat. De cōtinentia, de modestia, de pudicitia nul
lum verbum. Illas fœlices ac fortunatas esse prædi
cant: quibus mariti vel adulteri itemperantes: ac
libidinosi contrigere: quod crebro cum eis cōgre
diantur. Quæ cōiuiua dī imortales? Quas epu
las? Quam exquisitas celebrant iter sese, vel cum
amico maritis absentibus: quos certe verbis lace
rant: quos ignominia notāt: dicit hæc suū vt igna
uum & nullius precij hominem tota nocte sterre
re: illa suum nimis sapere, quod lunam, quod ecly
psēs, quod motum astrorum etiam i re venerēā
obseruet. Alia suum non plus mētulæ habere quā
tenellum ipubescem. Quos audiunt ob magnitu
dinem virilis mēbri cum priapo certare, eos ma
gnis precijs cōducūt, his beryllos, his phyalas, his
deniq; quicquid preciosi habent cōdonant filio
rum & mariti imemores. Sunt etiam quæ i tanta
rabie nimio viri sui amore detineri se optime fin
gant: nam & blādis verbis & cōposito vultu ve
nientem resalutant & sic quando ob mœchū ab
sentem suspirāt: id eis nimio suorum desiderio ac
cidere ostendunt. Pendet fallax & blāda circa ma
riti oscula quem in cruce sifleri posset deosculari
veller. Illius vitam sibi cariorem esse sua iure iu
rando affirmat: quam certe nō redimeret anima
catellę si posset. Ad hæc animi vitia quam incō-

positi sint corporis, quā putridi, quā foedi, quam
 cadauerosi attende. Et si em natura sint earū cor-
 pora nostris corruptiōi magis subiecta: tamen a-
 deo libidinose & itemperanter viuunt, vt cada-
 uere sint foetiores: cū & dentes nimio faciei me-
 dieamine marcidos habeāt, lippientes oculos fra-
 cescentem cutem: stillantem sane nasum pēdulas
 & libidinosas aures defluentes capillos: limosa la-
 bra venenosas gingiuas linguam fellatricem ir-
 rumatum guttur, anhelitū odore corrupti i ouo
 pulli tetriorem: vuluam, omni sentina, omni la-
 trina, omni deniq; cloaca putridiorem barathrū
 dices apertum & auerni claustra relaxata: mēphi-
 tim illā perniciosam & pestilentem exhalat. Hāc
 cum rabie mixtam extinguat, immo vt aliqua ex
 parte leniat, nullā carastam, nullum prostibulum,
 nullum lupanar reliquit itactū, vt de Iulia & A- Iulia & a-
 grippina libidinosisissimis foeminis i historia legi grippia li-
 tur, neq; virili cōcubitu contentę quasi minus ex- bidiosissi-
 tinguaturn cū incendium clunē brutis etiā & asel- mę foemi-
 lo & taurosum mittunt: quod fallacissime pasipha nā.
 es probatur exēplo: quę non contenta. Minoe re-
 ge clarissimo: suscepta vaccea forma taurū cuius
 amore estuabat i coitu decepit. Huius tantūmodo
 sexus quanta sit rabies ex menstruuo sanguie a ge-
 nitalibus per crura labēte deprehēdi pōt: quomu-
 sta acescunt: plātæ moriūtur fructus imaruri de-
 cidunt speculorū dilluciditas tollitur. Ferri acies
 hebetat heboris nitor ifuscat, aer ificitur, apū al-
 uei necātur, canes i rabie vertūtur, pueri fascina-
 tur, hoc aīal, tā perniciosum, tam foedū, tā detesta-
 bile amabis Stella? Et nō reipsum rariōe & cōsilio
 atā callida & imani lupa vēdicabis. STE. Dñ ve-
 gg in

Prohemium

stram fidem. nunc ego putassem tot vitia in hunc
sexu cadere posse. Deterruisti mi Platiā ne mētiar
ab amore. Sed mihi credo accidet vt morbo aliq̃
gravi laborantibus solet: qui nō statim quā tū acce-
pta medicina p̃fuerit: sed aliquot post dies descē-
dēte valitudīe & accedētibz paulatī viribus sen-
tiūt. Cogitabo ego sepe mecū quo ī discriminē ver-
ser: & paulatī animū meū ab hac iāni solitudīe ad
meliora studia traducā. PL. A. Hoc si feceris non
existimabo hāc mea verba oīno mihi excidisse: si
vero secus cū vt Cato cēsebat reddēda mihi t̃pis
ratio sic cruciabor miser hoc t̃pis frustra īsumplis-
se. STE. Dabo operā ne te artificē vt arbitror nō ī-
gnauū tui opis & īdustria p̃niteat. Pla. hoc vt fa-
cias & meus erga te amor & res tua tibi p̃suadet.
Sed est ne hic patronus n̄r quē ab vrbe redeūtem
video. STE. Is est p̃fecto opporūe hāc nostrā cō-
fabulationē transgimus recedam ego ne mei ab-
sētis regrat opterā. Mihi ignosces si nō ego te redu-
co vnde deduxi. PL. A. Facit mihi satis voluntas
erga me tua. Reducet me hoc baculū quo pedē al-
terū intumescētem a labore īterdū subleuo. Sed
vnū te rogo vt rusticos portarū custodes admo-
neas ne si tardus rediero clausis portis me īgressu
castelli p̃hibeant. STE. Faciā hoc & quidē sedulo.

Prohemii Platię de vera nobilitate ad amplis-
simū virū Ioānē vrsinū archiep̃m Tranēsem.



Illitari ego sepe mecū soleo Amplissi-
me pat̃ quid est quod ita genus humanū
erroribus ducat vt de rebus fere oībz
falso diiudicet. Diuitias: aliq̃ summū bonū: poten-
tiā aliq̃ honores quidā existimāt. Sed quo nā pacto
bona illa dici possunt, quę nusquā cōsistunt, transi-

feruntur ex libidine fortunę a hominũ arbitrio. Nunc hodie alterũ crassum ob magnitudinẽ facultatũ vidimus, vel croesum potius. Crase undẽ alterum Codrum & Diogenẽ dices. Magna fuit Persei regis macedonum potentia: sed quis eo inferior eo tum est habitus cum a Paulo æmilio in triumphum duceretur. Summo in precio & honore. C. Marius & C. Pompeius apud Romanos gentes omnis tum fuere: cum pro magnitudine rerum gestarum merito triumphabant. Verum vbi fortuna rerum domina imutata est, nihil maius miserius dum Minturnarũ coeno oblitus e retro carcere vbi ad poenã seruabatur in Africam paruo nauigio confugit. Quam turpe spectaculũ & horrendum fuerit videre magnum Põpeium cuius nutu totus fere orbis terrarum ad arma commouebatur eunuchorũ & seruorum manibus trucidari post acceptam bello pharsalico cladẽ. Dicere illud Virgilianum eum licuit. Iacet ingens in littore truncus. Auulsumq; humeris capiet & sine nomine corpus. Quorsum hæc dices vt intelligat omnes illud esse summũ bonum quod semper eodem modo sese habet quodque fortunę procellis impelli huc & illuc non potest. Hoc certe in sola virtute tanquã imunitissima arce repositum est: qua quidẽ vt zenoni cleãthi chrysippo placet beatos nos facere potest. Esse em̃ miser ille nusquã potest qui virtute munitus sit: cũ scutũ habeat: in oēs cupiditates vnde infinita mala nascũtur. Est autem virtus animi quædã institutio ita cõstans & cõueniẽs vt laudibiles eos efficiat: q̃ rẽ tã diuinã amplexi fuerit. hac nimirũ illa virtus est quã tãti fecit critola⁹: vt cũ i altera lãce collocaret animi bo

Prohemium.

na in altera corporis & externa tñ perpendere in illam boni lancem putat vt terram & maria pondus secum deprimat. Ipsius autē virtutis habitus cōparari certe sine sapiētia nō pñt: quā nos a libidinum ipetu, a vano terrore, a fortunę iurijs non modo liberat: verum etiā oēs vias docet: quā ad beatitudinē ducunt. Ad illā: in quam beatitudinē quę i gorgia laudatur a Socrate: nam cum interrogaretur Archelaū perdicę filiū qui tum fortunatissimus putabatur: bñm ne existimaret haud scio (inquit) cum homine em nunq locutus sum. Instabat idē vt ab eo scirēt qd de rege Persarū arbitraretur: tum ille quonā pacto id scire possim, cum ignorē ac doctus sit q bonus quod ex ipsa actiōe cōprehenditur: ad quā certe si bene instituti sumus natura ipellimur. Nā vt ad cursum equus, ad arandū bos, ad idagadas feras canis natus est: sic homo vt Aristoteli placet intelligēdi & agēdi cupidus humanam naturā ad miniculo virtutis cū diuina cōmutare nititur. Vt igitur particulari aliq diuinitatis aliquādo attigamus virtuti nobis danda opera est: enitēdumq vt bonis corporis ad vtilitatē cōem: bonis fortunę si ad sunt ad liberalitatē & magnificētiā ita vtamur vt hęc adminicula quēdā esse ad foelicitatē ciuilē arbitremur: quā ex virtute oīno nascitur. Vnde veram nobilitatē duci philosophi oēs existimant: nullam esse differētiā iter baiulum & alcibiadem summo loco natū merito dicit Socrates si virtus abesset. Hanc itaq post habitis cupiditatibus omnibus amplectamur: hanc vt vitę humanę ducē optimam seruamur: vt in tanta hominū multitudine veri nobiles īgenui ac generosi hēri possimus.

Homoin-
telligendi
& agendi
cupidus.

Philosophari tecū hactenus vrsine & vides mihi libuit: nō quod te his p̄ceptis indigere existimē. quippe qui ob doctrinā & cognitionem rerū humanarū docere ipse alios & monere merito possis: sed vt tua auctoritate eos ad virtutē incitauerimus, impelleremusq; q̄ ex nobilitate laudē quarunt. Non em̄ parū ad legendū incitantur: qui vident de nobilitate ad virū illustrē scriptū esse. Tū sic mecū exorsus es in Varrone tuo dū simul in illa cōualle effemus: quā rapidus animo intersecat.

Dialogus Platinæ de vera nobilitate ad amplissimū Vrsinū archiepiscopū Tranensem.

Vrsinus.



Vid cūspicis quēso Platina? Quid est quod ita cælū hoc nostrū miraris? PL A. M. Varronē diuinū illū virum certe admiror & laudo: qui sibi hunc locū quo æstate secederet ad habitandū non sine causa delegit. Quid hoc aniene æstate frigidius est? Quid his collibus quos nō sine voluptate inspicimus salubrius? Quid hac tua villa vel ara potius decentius, & ad incolendū cōmodius? Qua superiori æstate ita percōmode & splēdide pontificē. xx. tū cū toto cardinaliū senatu magnaq; aulicorū multitudine suscepisti, vt ad libertatē tuā & splendorē nil addi potuerit. Omitto quod ædes has tuas ægregie cameratas & distinctas: ita pictura laqueatibus aureis peripetasmatis aulcis exornasti: vt oībus admirationē inieceris. VRSI. Sequutus hac in re Aristotelis philosophi auctoritatem: parauit ædes diuitijs nostris congruentes. Sed dic quēso: cur Varronis potiusq; vari vicū hunc fuisse censeas. Nam M. Cicerone teste

Dialogus

Varro ipse villā in cassinate habuit. PLA. Varrū
 quintiliū egregium bello ducem foris potiusq̃
 domi vitā duxisse constar : belloq̃ germanico cū
 tribus legionibus legatis oībus & auxilijs cōmu-
 nibus cælum: quā clade percepta ferunt Augustū
 Cæsarem concusso in parietem capite sēpius ex-
 clamasse. Vare Quintili redde legiones. Excu-
 bias quoq̃ in vrbe induxit : ne quis tumultus ob
 acceptā cladem excitaretur. Cū Virgilio tamen
 quo cū mira beneuolentiā conuictus erat Syronē
 sectē epicurē & philosophum audiuit ne bellicis re-
 bus hominē tantūmodo vacasse existimes. Sed it-
 la ætas (vt nosti) vtrūq̃ laudis genus cōplexa est.
 De Varo tamē nil aliud legisse me memini. Qd̃
 autem dicis Varronem in cassinate villā habuisse
 nequaq̃ tollit, eūdē quoq̃ in hac vīa valeria quæ
 ad marfos ducit villam ædificasse: cum tantæ fue-
 rint Romanorū opes: vt diuersis in locis & in ele-
 mento alieno villas & ædes struere sint ausi: vt de
 Cicerone potissimum & Lucullo legitur qui villas
 in Tusculano, phormijs puteolis eodem tempore
 habuere. Vnde illud argutum responsum a Lu-
 cullo in Pompeiū prodijt hominem accusantem
 qd̃ villam in Tusculano miro sumptu edificasset:
 villam inquā ob ventos & frigiditatē æstate tan-
 tūmodo cōmodam nō etiā hyeme. Tum Lucull-
 imiratus se aues quasdam respōdit: vt hirūdines,
 grues, ciconias: quæ pro anni tēpore loca de indu-
 striā mutāt. VRSI. Sic ita sane vt dicis. Nil tamen
 habemus quo Varronis magis quā Vari hāc vil-
 lā esse existimemus. PLA. Est quidem vt dicis: sed
 Varronis diuini hominis auctoritatem moti eius
 hūc vicū esse existimemus. Hic est ille Varro quē

facile acutissimum, & sine vlla controuersia doctissimū Aurelius Augustinus appellat: quicq̃ tā multa legit vt aliquid ei scribere vacasse mirum sit: tā multa scripsit q̃ multa quēq̃ legere potuisse credamus, ne Lactantiū laus illa de homine vana esse credatur. Neminē em̃ hoc vno vnq̃ doctiorē, nec apud Græcos quidē fuisse affirmat. Quare merito viuenti statua posita est in bibliotheca illa quæ prima de manubijs Romæ publicata est ab Asinio pollione Augusti Cæsaris imperio. VRSI. Facile patior hanc illius fuisse villā quandoquidē talis fuit qualē optare mortales vix possūt. PLA. Quantum vero laudis huic tribuat M. Tullius in philosophia sua: audi quæso. Sunt inquā ista Varro: nam nos in nostra vrbe peregrinantes, errantesq̃ tanq̃ hospites tui libri quasi domum deduxerunt vt possemus aliquando qui & vbi essemus agnoscere. Tu ætatē patriæ: tu descriptiones tēporum: tu sacrorū iura: tu sacerdotum: tu domesticā: tu bellicā disciplinā: tu sedem locorū regionū: tu omniū diuinarum humanarumq̃ rerum nomina genera officia causas aperuisti. Plurimum quidem poëris nostris omninoq̃ latinis & literis luminis & verbis attulisti: atq̃ ipse varium & elegās omni fere numero poema fecisti: philosophiamq̃ multis locis inchoasti ad implendum satis, ad edocendum parum. Idem quoq̃ Cicero dum cassinatē hominis sanctissimi atq̃ integerrimi prophana tū a M. Antonio cōmemorat: ita eū laudat, vt maiore præconio laudari nemo possit. Quam multos inquit dies in ea villa ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipsa misera quam dispari domino: quanquam quomo-

Dialogus

doiste dominus? Sed tamen q̄ a dispari teneban-
 gur. Studiorū em̄ suorū M. Varro voluit illud esse
 non libidinū diuersoriū: quæ in illa villa ante di-
 cebantur: quæ cogitabantur: quæ literis manda-
 bantur: iura populi Ro. monumenta maiorū, oīs
 sapientiæ ratio om̄isq; doctrīna. VRSL. Quid cau-
 sę fuit cur M. Antonius in Varronis fortunis tan-
 toperesquiret. PLA. Fecere id studia patrū, bello
 em̄ piratico cū Pompeio egregie militauit, bello
 itē ciuili eundē secutus est ducē: vnde in fortunas
 hominis debacchatus est. M. Antonius aduersante
 etiā Cæsare & sapius eū admonente: vt vni Var-
 roni propter virtutē parceret. Verū cū postremo
 vt bonus ciuis & reip. amantissimus triūuiratum
 improbarer, proscriptione notatus in M. Caleni
 amici optimi villam confugiens ad potnas perſe-
 pe a M. Antonio quęsitus est. VRSL. Doleo ego ve-
 hementer M. Varronis calamitatē: Sed quādo ira
 accidit illā Varronis villā in cassinare quā hanc
 quæ nunc nostra est malo inquinauerit? M. Anto-
 nius, ebriorū vocibus: scortis vndiq; accitis: pue-
 ris meritoris & quouis genere flagiti. Non de-
 erant sua monstra (vt video) illis tēporibus. Neq;
 hominis nobilitas generis a facinoribus retraher-
 bat. PLA. Immo vero nescio quo fato pleriq; isto-
 rū quos nobiles vulgus appellat in omnē turpitu-
 dinē prolapsi sunt. Quē em̄ scuitia anteponis scyl-
 lę ex gente cornelia: quē libidine P. Clodio ex gē-
 te clodia: quē seditione & libidine dominādī Ca-
 tilinæ ex gente sergia: fuere & alia monstra: quæ
 maioribus suis talē immisere notā: vt non inde
 nobilitatē deduxisse, sed eo posius transfuisse tur-
 pitudinē videantur. VRSL. Non est igitur, vt vie-

deo illa vera habilitas quā Aristoteles in libro de
rep. probat. Dicit enim eosdē sibi videri nobiles
quorum maiores virtute & diuitijs aliquando
floruerunt. PLA. Non est certe. Nam vera nobi-
litas non aliunde quā ex ipsa virtute oritur: ne
partem aliquā in opibus & facultatibus colloces.
VRSI. Cuperē ex te audire vnde vera nobilitas
oriatur si vacat & placet. Locus em̄ iste te admo-
net, & ad dicendū inuitat. Nihil hic strepitus, nihil
tumultus. Susurrus iste præterlabentis anienis: alni
folla venti circumacta hoc vt facias te inuitant: si
æstu premeris, pulchre in herba recubēs, ac pedes
recenti vnda cōtinuo refrigerabis. PLA. Quod
velle te video mihi facere necesse est. & quidē bre-
uiter, si consequi potuero. Nā pluribus verbis id
agere necesse non est, præsertim hoc anni tēpore
quo æstu ac siti continuo premimur. sed priusq̃ di-
cere incipiā ex te audire cupio quid de nobilitate
ab alijs acceperis: & ne oratione cōtinua hoc ti-
bi faciendum existimes: ego te vbi opus erit in-
terpellabo, quod tibi quoq̃ cū ego contra exor-
diar facere si voles licebit. VRSI. Placet hoc qui-
dem ne quicq̃ intāctum prætermittamus q̃ etiā
dialogi ratio expetit. Putaui ego semper illā esse
verā nobilitatē quā quis ex illustri maiotū suorū
origine traxisset, quasi hereditarium munus ab il-
lis accipiens. Ab illis inquā qui summos honores
maximosq̃ magistratus in suis ciuitatibus disci-
plina moribus virtute adepti fuerāt. Multum em̄
generatio ad nobilitatē facit: q̃ etiā in quibusdam
animalibus cernimus, vtpote in equis canibus bo-
bus. Hæc enim bruta empturi: gregis nobilitatem
prius sciscitantur & inspicimus, q̃ in homine lō-

Dialogus

ge alia ratio inſit. Nā pręter ingenia quę pene eadē ex parētibus ducimus ex educatione & domeſtica conſuetudine ex dictis factisue ad gloriā capeſſendā vehementer incitamur: qđ eſt maximū nobilitatis ſpecimē. Quid em̄ pręter gloriā, parētum & genium quēdam domeſticū? Camillos, Fabios, Aemilios, Catones, Scipiones ad bene de re-pub. merendum excitauit? collocari maiorum ſtatuas in foro pro tēplis: veteres illi Romanivolueret titulis rerum geſtarū in baſi poſitis: quibus viſis & perlectis æmulatione glorię excitata iuuentus nullum laborē, nullū periculū pro ſalute & dignitate patrię recuſarent. Mouent quidē homines ſimulachra (vt vides) mouent triūphi & monumēta maiorū: ſed nihil eſt qđ æque excitet dormiētes etiā quā glorię cupiditas quā a maioribus nō ſine cauſa tranſfertur in poſteros. Vides pfecto multis etiā exemplis parētēs bene inſtitutos nil aliud cogitare & moliri quā vt filios ſui ſimiles patrię relinquant, quorum opera cū domi tū foris parēs illa cōmunis pro arbitrio ſuo vtatur. Quam voluptatē percipere credimus eos qui vita exceſſere ſi quis ſēſus ſupereſt ex liberorū rebus fortiter ac conſtanter geſtis. Magnam certe cum cernant in filiis non paruam ſui partē relictā eſſe hīc ille in filios parentum amor: illa nutriēdi cura, ille ardor cōcitandi eos ad laudem capeſſendā, vt ipſi quoq; etiā glorię participes ſint. Victuros em̄ ſe diu in filiorū & neporū vita arbitrātur: ſi eos bene inſtitutos & rebus a ſe præclare geſtis in precio reliquerint. Expetebat hoc a filio M. Gato. hoc Cicero: ad hos em̄ iure hereditario magnā partē glorię ſuę peruenturā dicebant; vt eos a libidinibus ad quas

adolescentes natura & ætatis vitio feruntur ad virtutē reuocarent, cōmemoratione laudum suarū. Ex genere igitur nobilitas duci videtur, nā cū maiorum nostrorum egregia facta cōmemorauim⁹: nil nobis merito negari posse arbitramur. Suffragata em̄ multis apud Romanos in petitione magistratuum nobilitas est. Cum illud diceret. Date hoc parenti, date generi bene de repub. merito. Non em̄ alios nobiles vulgus appellat: quā quos præclari parentes genuere. Senatori siquidem ordinis eos Romani appellabāt: qui ex Senatoribus nati erant. Præterea vero ne vulgum me sequi tātūmodo existimes: & ñ qui literarū studiosi sunt vere nobiles generosos appellant: quod in his sit nobilitatis copia. Hoc etiā nomine in dialogis suis per sepe vtitur Plato dum amicos ad laudē cohortatur. O generose, inquit, sic est agēdum ex genere nobilitatem animi excitans. Verum ne hæc nobilitas manca videatur quidā adñciunt facultates & opes quibus & domesticus splendor conseruatur, & amici quorum frequentia nobilitas indiget & gratia retinētur. Hinc clientes quasi patronū colentes appellauere antiqui. Hinc illa maturi na salutatio: patroni in clientes sportula vel congiario beneficētia: qua certe vti nō possunt, qui fortunę bonis carēt. Magna em̄ nobilitatis pars beneficētia est, qua in alios vti nequaquā potest, q nō habet vnde domesticis satisfaciāt. Eum igitur quē liberalē volumus fortunæ bonis abundare oportet. Impossibile nāq; est (vt Aristoteli placet) præclarū aliquid ab eo fieri cui desunt facultates. Totus em̄ nobilitatis splendor solo paupertatis nole plerūq; inficitur: quū sæpenumero in eos libera-

Dialogus

lis esse nō possit: quorū frequentia in dignitate retinetur. Verū est certe quod Satyrus dicit: Haud facile emergunt quorū virtutibus obstat res angusta domi, sed Romę durior illis conatus. Quod enim doctissimi viri ob inopiā rerū spreti & abiecti vitā misere traduxerē: vt de Plauto & Lactantio legimus: quorū alter Hieronymo teste ita pauper fuit vt necessarijs plæruncq; indiguerit rebus nedum delitijs, alter vero ob difficultatē annonę & inopiā rei familiaris, vbi a studio vacabat qđ tēporis supererat molas trusatiles in pistrino cibi gratia ducebat. Facultates itaq; expetēdę sunt ad splendorē nobilitatis ne a rebus gerendis inopiā rerū omniū retrahamur. Potuisset ne populus Romanus orbē terrarū suo adñcere imperio, nisi pecunias belli nēruos habuisset. concionabundus in Philippū Demosthenes pecunijs, inquit ad tantā rem conficiendā opus est. Non habuissēmus certe tot p̄claros viros in familia nostra si maiores nostri hanc facultatē contempsissēnt. Potuissēnt ne exercitus suos contra hostē alere Paulus Vrsinus? Potuissēnt Petrus iam Paulus? Dum vel p̄patria dimicant: vel aliorū ditionē mercede conducti constanter tutati sunt. Fugauit ex vrbe nostra Ladislaum regem Paulus. Fugauit Nicolāū picēninū ad aglare: Petrus iam Paulus Florentinorū auspicijs militans. At vero iordanus Vrsinus ecclesiastici exercitus dux inclytus pulso vici p̄fecto eius ditionē pontifici subiecit. Franciscus item e gente vrsina miles egregius senensium ditionē constanti animo tutatus est. Non est habitus hoc inferior Franciscus vrsinus vrbis p̄fectus qui pulsus in foro iulij vngaris rem venetā bello pene

oppressam restituit. Milicauit. Alphōsi regis auspicijs & opibus adiutus vrsus vrsinus tanta cū laude vt addubitarum plerūq; sit manu ne plus & animi magnitudine quā cōsilio valeret. Demū vero Raymūdus Baucio e gēte nostra domito & interfecto tyranno quodā regnū Cypri reginē iam pridē pulsā restituit. Tarentinusque princeps ob res ī bello egregie gestas creari meruit a nudo certe duce & inermi fieri nil egregium pōt. Proinde hęc nobilitatis adminicula vt cōtemnam adduci nullō modo possum. Quid rogo continuit. Paulū pōtificē quominus nobis vrsinis quibus inimicus ac prope hostis fuit bellum īferret? nostrę profecto opes. Quibus suffulti fratres mei hominē minis tantūmodo coegere. æquas pacis condiciones non aspernari. sumus vt vides in precio ob verūstrā familię facultatesq; partim a maioribus nostris relictas partī vero nostra industria & armis partas. Ab hac autē opinione nequaquā dissentire diuinus ille Platō quē Cicero Homerum philosophorum merito appellat. Nam cum verā nobilitatē quadrifariā diuisisset primam illorum esse ait qui bonis iustis clarisq; parentibus sunt orti: secundam eorum quorum parentes principes extiterē: tertiā cum maiores nostri fama ac rebus bello gestis in precio fuere: quartam eorum qui preclara aliqua doctrina excellūt. In hac diuisione nil certe est quod nos a nobilitate secludat. Nam si principium huius nostrę ciuitatis vitā & morēs inspiciamus, si dignitatem familię, si gloriā, si īgeniū, fatebere certe nos iter nobiles cēsendos esse: neq; nos reñcies quod opes prestare aditū ad verā nobilitatē dixerī. vñ em̄ magnificus, vñ liberalis, &

hh

Dialogus

beneficus ille nobilis quem volumus in quēpiam
 esse potest. Si ei facultates desunt. Nam cum ma-
 gnifici proprium sit: ædes egregias tēpla porticus
 oppida struere cumq; itē liberalitas circa dandas
 pecunias versetur quomodo id ab eo fiet. quē li-
 beralē appellamus si nil habuerit quod donet. Sis
 que ei potius aliorum benignitas expectanda fue-
 rit. Meo itaq; iudicio eos nobiles appellandos cen-
 seo quos & genus antiquū & diuitiē bene partē a
 maioribusq; relicte cōmendant. hæc est sententia
 nostra nisi quod ad hæc dixeris. PLAT. Antequā
 dicere incipiā quid hac de re sententiā mutemus lo-
 cum si placet. pellit hīc nos sol vt vides ad vespē-
 ram iam inclinās. In illo anienis flexu optime mane-
 bimus: vnde vides vmbra sub specu elici. Trañci-
 end⁹ est amnis quod fieri hoc āni tēpore vado p-
 cōmode potest. VRSI. Trañciamus me sequere q;
 vadum noui. Sed heus tu frigidus es anio æstate
 etiā feruida. PLA. Ita est certe vt dicis. Retinere
 in flumine pedes ob frigiditatem vix possum hāc
 ob rē existio anienis veteris aquā potui minus sa-
 lubrē fuisse ppter frigiditatē & quia semp̄ adeo
 rapax est vt aliquis secū ex ripis trahit quo etiam
 sereno cōlo turbetur. Frigiditatem autem cōtra-
 hi arbitror ex montibus, vt vides cōlo vicinis
 et niuib; sēp̄ opertis īfluūt etiā, hīc dextra, hīc si-
 nistra sublatū pficiscētibus cōtinui fontes quorū
 aquā degustari ob frigiditatē vix potest. quo em̄
 penetioribus ex locis & magis saxosis aqua egre-
 dit eo frigidior est æstare: præcipue qua frigidum
 & humidū prop̄ cōtrarias qualitates ad tartara
 vt dicūt cōfugit. VRSI. ad quē igit̄ vsum has a-
 quas i vrbē veteres introduxere tāta cum impēsa:

PLAT. Vt esset vnde irrigationi hortorum bal-
neis fullonibus reliquisq; foedis ministerijs faciffie-
ret. Cōcipiebatur autem supra tibur extra portā
carranā viginti milia passuū. Verū posteri mutata
sentētia vt aquā clariorē haberēt omisso flumine
ex sublacēsi neronis villa meliorē duxere. Huius
autē aqueductus caput pridie magna cū volupta-
te inspexi: dum vidēdē atigtatis studiosus Marfos
& pelignos iuiso. VRSI. Ad specum iā venimus
sed dic quēso vbi cōfederis & crura & pedes sicca-
ueris: vñ duci existimes illos aqueductus q̄ mile
passibus supra Tybur apparent partim arcuato
opere partim effusio mōre. PLAT: Nimis vetusta-
tē amas: vt video. VRSI. Immo vero nihil est q̄
æque mirer & laudibus extollā. PLA. Recte sanē
Romanus es tuos magis quā alienos amas: nō sine
causa cū vrbi romę par nihil vnquā fuerit & nihil
secundū. Ad formas illas redeo quarū amplitudi-
nem vetustas nondum exedit. Altera autem du-
ci aquam Martiam ad vrhem valerīa Virā existi-
mo altera vero claudiam sumptam ex fontibus
duobus amplissimis: eadem via scaturientibus ī
sublacēsi. Sed quæ fuerit Martia, & quæ Claudia
haud satis constat consumptis præsertim inscriptio-
nibus euerisq; tantarum rerum monumentis. In-
spexi ego nuper ex sublacēsi rediens amoenis de-
extra ac sinistra quas duci aquas videbā & nil quo-
certior hac de re fierem vidi. Ex hac autem dili-
gentia hoc consecutus sum: vt repente in summū
mōrrorem inciderint cum passim cernerem egre-
gia illa opera disiecta & neglecta iacere. VRSI-
NVS. Vnde quæso Martiam & Claudiam a-
quā appellas? PLAT. Ab his qui aquas duxere
hh ij

Dialogus

publico ac priuato sumptu vt Appiam & Iuliam dicimus viarum quoq; stratarum eadem ratio est quibus ex rebus plærq; familię magnum cōsecutę sunt nomen. VRSI. Tandē vero vt video paulatim farebere nobilitatē ex vetustate generis & magnis facultatibus oriri. PLATINA. Nobilem igitur hac ratione. C. Calligulam dices qui pureo lanum sinum pōte iunxit. Nobile Claudium qui fucinum magna ipensa emisit qui portum Romanum extruxit. Nobilem Neronē qui dum aureā domum, dum thermas & theatra, dū portū Antiatum extruit populi Ro. vires cōtruit. Nobile item Herodem qui Romanorum hac in re magnificentiā imitatus portus vrbes theatra aqueductus in Syria miro sumptu excitauit. Sed his monstis quę fera vnquā immanior fuit Nil enim in se habuere quare homines non dico nobiles dicerentur. VRSINVS. Contrahe pedes si placet, & dic tandem quos esse nobiles censeas. PAT. Nobilitas enim vt stoicis placet: est splendor quidem non aliunde veniens quā ex ipsa viriute q̄ bonū a malo dignum ab indigno secludimus. Si animi nostri bonis artibus & disciplinis imbuti seruari iustitiā, pietatem, cōstantiā prudentiā rebus in omnibus didicerint. quonā pacto fieri potest vt is nobilis cēseat qui sine doctrina eruditiōe itēperatię se iniustitię impietati & nequitie addixerit. Immo vero hūc nō modo ignobile verū etiā scurrā & nebulonē improbū appellabimus. Idem quoq; sentire Q. Cicero videt sribēs eū ad M. fratrem de petione consularis: cum Antonij & Catilinę mētio haberet. Nequaquā sunt inquit ij tā genere isignes quā virij nobiles. Nobilitatis eū pro-

prium est recta sequi gaudere officio cupiditatibus imperare auaritiā coercere. Hoc qui facit etiā si ex infima sorte hominum natus fuerit is merito suo nobilis haberi & dici potest. Neque est cur parentē rerum oīm naturā (vt quidam improbi faciūt) reprehendimus quod hos nobiles illos vero ignobiles faciat. Aequale siquidē oībus tēperamentum pręstat. Non genus, non potentiā, nō opes inspiciens. Eadem em̄ quo ad animum pertinet nascendi ratio in priuatorum hominum filiis est: quę in pricipum ac regum natis: licet n̄ i purpurea & magnis domibus illi in centonibus & cafulis plerūq; nascantur. Virtutes certe & vitia faciunt, vt aliter altero nobilior sit. Seneca ex stoicorum secta philosophus insignis ad lucillum scribens. Non fuit iquit Socrates patricius non eques Romanus quē tamen philosophia nō accepit: sed nobilē reddidit. Hunc itē quo nemo vnquā mortalīū doctior, aut sapiētior Apollinis oraculo iudicatus est: mater obsterrix & pater marmorarius in lucem edidit: vt esset qui sua doctrina multos ad nobilitatē traduceret. Seruius quoq; tullus in seruitute natus atq; educatus regnum sua virtute adeptus & de hostibus tertiū egit triumphū & vr̄bem Romam ita auxit: vt nil ei ad summā nobilitatem defuisse videatur. Item dici de Tullo hostilio potest qui humili tugurio natus pastor primo deīde Romanorum rex merito creatus est. Fuisse n̄ quidē nobiles vr̄sine si verū intueri volumus non illi qui ob maiorum virtutē & merita nobilitatē in desidia collocarunt. Nihil em̄ agere i purpura nō sine crapula & ebrietate viuere sericaras & coccinatas habere vestes aurea calcaria: gem-

hh iij

Dialogus

matos digitos: vnguēta sapere ī summa nobilitate ponunt. Quæ oīa ita certe generositate cōtraria sunt vt virtuti viciū & solertiē ignauia vide quæso quātum a ceteris differā. Soleo ego ac merito profecto illos irridere qui aut equestre ordinē, aut insignia alicuius doctrinæ, vel precario, vel ambitione & largitiōe sibi emunt: vt ignauit suæ argumenta circumferre ipse possint. Cōcedatur id bene meritis: vt olim apud Romanos fieri consueuerat. Equites enim propter rē in bello egregie gestam ānulo fibula & armilla aurea donabantur virtutis nō ignauit pignora. Concedatur & nostris tēporibus vt nō qui ī gymnasiis publicis aliqua doctrina excellunt: aurum in baltheis & calcaribus circumferant quo a ceteris differe videantur. Si quis autē præterea est qui alia ratione nobilitatē sibi vendicat: sciat is se alienam non suam personā gerere. lactare itē maiorum res gestas atria imaginibus distincta. Porticus signis ac tabulis ornatas superbas ædes plus certe admirationis ī se habet q̄ nobilitatis. Neq; hæc nobis adiumento esse possunt si illorum virtutem omittamus quorum imagines verborum magnificētia collaudamus: immo vero si recte itueri volumus illa virtus huic ignauit dedecori ac turpitudini est. Talē autem nobilitatem irridēs Diogenes ille cynicus qui omnia contemnebat malitæ dixit & ignauit velamen esse. M. certe Catonem priscum illum quē merito censoriū vocarunt, non genus, non diuitiæ. Thusculi enim natus est obscuro genere tenui censu: sed præstantes eximiaque virtutes posueris commendarunt. Idem quoq; de C. Mario dici potest qui mihi vnus oīum præstantissimus viris.

fuisset: ni ad extremū veram gloriā libidine do-
 minandi cum sæuita cōmutasset. Necesse est au-
 tem vt aut nusquā, nobilitas sit, aut illi vere nobi-
 les sint: qui īgenio doctria īdustria magnitudie a-
 nimi Fortitudie prudētia ī omni vita excellunt.
 Oriri autē nobilitatē ex virtute hac rōne cōpre-
 hēdi facillime pōt q̄ n̄ q̄ ex clāris maiorib⁹ orti ob-
 vitia degenerarūt ī gloriā & degeneres sunt habi-
 ti: vt superioris affricani filius q̄ bello asiatico ab
 Antiocho turpi⁹ captus vitā precario prēter Ro-
 manū morē ab hoste īpetrauit: de quo paulopost.
 L. Scipio patruus egregiū illū ducturus erat triū-
 phum. Filius autē. Q. Fabi⁹ allobrogī: a patre de-
 generās: adeo libidiose & itēperāter vixit: vt ex-
 heredarūt eum a. Q. Pōpeio pratore nemo ægre
 tulerit. Parentis enim amplitudo & turpitudinē
 fili⁹ nil profuit. Nollem. Q. Hortensī oratoris
 clarissimi nepotem in tantū dedecus prolapsū:
 qui dum popinas & lupanaria circuit: domesticū
 splendorem prope extrinxit. Quis est autē res-
 rum humanarū adeo imperitus: qui hos cense-
 at nobiles appellandos. Quorum vitā quo turpi-
 or fuit eo citius suorum nobilitatem extrinxit. So-
 lent n̄ quidem maiorum suorum res gestas com-
 memorare: sed verum est quod ait Naso poeta. &
 genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi vix ea
 nostra voco. Sūt quidam nostra (ne mētiar) si eos
 imitatisuerimus. sin secus nō magis nostra sunt q̄
 illorum qui sienem habitant. Immo vero si quis
 sensus apud vitā functos supest: siue qd apud nos
 agat: sentiūt dolēt & quidem vehemēter talē de
 se prole reliquisse: quē adeo culpabilior videtur:
 quo plures habuit maiores: quorū virtutē & res

h h iij

Dialogus

gestas imitaretur. Quod si mortuis quibusdā redire in vitam liceret: ea profecto cēsurā ī filios de generes vterentur qua Brutus ille primus libertatis vindex: qui conscios coniurationis filios virginis cēdi ac securi percussit. Eādē quoq; seueritatem imitatus cassius filium suū po. Ro. īperium affectatē necari iussit. Torquatus itē cū filius eius. D. Syllanus a macedonibus repetundarū accusaretur: solus cōcedente senatū cognitionē causæ suscepit. Cognito autē re diligenter excussa filij crimine ita iudicauit. Quū syllanum filiū meum immeritā pecuniā diripuisse cōstet: nō iniuria paternis laribus & reipub. munere ac oīm ciuiū societate eum indignum iudico. Abiēs itaq; a conspectu patris filius desperatiōe motus laqueo fratim vitā finiuit cuius funeri vt indigni filij pater interesse noluit. nō possunt certe parentes optimi flagitiosos filios diligere: quin veteres illi Romani imperio & gloria digni filios iterdum exheredarūt ob flagitia & turpitudinē aliosq; quorū spectata virtus erat p adoptionē in familias susceperē, ne ob ignobilitatē filiorum agnationis nomē interiret rogatus ab vxore Socrates vt propter filios in vita remaneret nequaquā id sibi integrū esse respondit. Tum illa cui filios commendas. Nemini inquit. Nam si mei similes erunt nulla indigebūt cōmendatione. Sin secus nolo filij. Socratis dicantur: nō em̄ merentur. Quanta autē moderatione vsus sit dum filiū senatū cōmendat Antonius ille philosophus quē mirari vt aiunt scriptores quū laudare facilius est eius verba per facile ostendūt: filium inquit meum cōmendo vt vobis dñs si immortalibus dignus erit. Modeste sane ne si secus

quā vellent accidisset principatus sui gloria aliquo
filij vitio cōraminaret. Quid sibi velint isti qui ex
maioribus suis nobilitatem occupantur, certe nō
video. Quēadmodum enim splendor in obscura
speculi parte nusq̃ apparet: ita neq; gloria maio-
rum in minoribus flagitiosis elucescere potest.
Vnde Satyrus ad ponticum scribens inquit. Stē-
mata quid faciunt: quid prodest pontice lōgo san-
guine censerī: pictorq; ostendere vultus? Maiorū
& frantes in curribus æmilianos. Et curius iam di-
midios nasumq; minorem Coroini & galbā auri-
culas nasoq; carētem? Qui fructus generis tabula
sactare capaci. Famose equitum cū dictatore ma-
gistros. Si corā lepidis male viuitur: effigies Quo-
tot bellatorum, si luditur alea pernox. Ante ma-
tutinos si dormire incipis orr? Luciferi: quo signa
duces & castra mouebant. Cur allobrogicis & ma-
gna gaudeat ara, natus in herculeo Fabius lare? Si
cupidus si vanus: & euganea quātumvis mollior
agna. Si tenerum attritus catinensi pumice lūbum
Squalentes producat auos, emptorq; veneni fran-
genda miseram funestat imagine gentem? Merito
post tot flagitia idem poeta subiungit. Tot a licet
veteres exornent vndiq; cerę. Atria nobilitas so-
la est atq; vnica virtus. Paulus vel cossus vel dru-
sus moribus esto. Hos ante effigies maiorum po-
ne tuorum. Præcedant ipsas illi te consule virgas,
prima mihi debes animi bona sanctus haberi iusti-
tięq; tenax factis dictisq; mereris. Tunc addit.
Agnosco procerem: vt intelligerent omnes in so-
la virtute nobilitatē collocatā esse. Frustra igit nī-
tuntur q̃ omīssa virtute nobilitatē tanq̃ heredita-
riū munus a maioribus expetunt. Quis em̃ gene-

rosū hūc dixerit quī indignus genere & præcla-
ro nomine tantū insignis? Nobilitas em̄ virtutis
sociā & comes pprio labore quæ sita non alieno cū
vitijs stare nullo modo potest. Vnde verum illud
Senecæ tragici est. Qui genus iactat suū aliena lau-
dat. Gloriarī quidem possumus nos a claris maio-
ribus sanguinē, artus viscera accepisse: nobilitatē
vero nequaquā quæ tota ex animis nostris pēder &
non aliunde venit: ne ignarum vulgus sequamur
qui persēpe in maximos errores dilabitur cuiusq;
opinio raro cū sapientiā conuenit. VRSI. Mutare
sententiā cogor vt video. Sed nil mihi durius vi-
detur, q̄ vt existimē paupertatē iungi cum nobili-
tate posse. PL. A. Cū diuitiæ fortunæ bona sint nō
est cur eas cū nobilitate coniungas quæ tota in vir-
tute fundata est. Quanq̄ haud scio quid in pauper-
tate sit qđ ita eam aspernere. De mendicitate non
loquor quæ turpis est cū petere hostiatim panem
necesse sit. Magnę (inquit Seneca) diuitię sunt lege
naturæ cōposita paupertas. Lex autē naturę est nō
esurire, nō sitire, nō algere: vt famē sitimq; depel-
las. Non est necesse si paupertatē amplexus fueris
potentiū assidere liminibus: nec supercilium gra-
ue & contumeliosam etiā humanitatem pari. Ho-
nesta quidem res est lœta paupertas: nec pauper-
tas quidem dici potest si lœta. Nam qui cum pau-
pertate conuenit diues est: non em̄ qui parum ha-
ber, sed qui minus cupit diues haberi debet. Si em̄
ad naturā viues, nuncq; pauper eris si ad opinionē
nūq; diues. Parum est qđ natura desiderat, qđ opi-
nio immēsum illud quidē. Adhorratur nos idem
Seneca vt nobis paupertatē familiarē faciamus. Se-
curius (inquit) diuites erimus: si sciuerimus quā nō

fit graue paup̄eres esse. Immo vero ali^o alio nemo dignior quā q̄ opes contēnit, v̄t eas si habet intrepide vbi op^o est partiā. Nō em̄ diuites nascimur: ī lucē p̄deūtes cibo & potu cōtēti esse debem⁹. Sine cupiditatib⁹ natura nos genuit, sine timore, sine suspicionē: cēterisq; pestibus q̄ nos quotidie cruciant. Falsa autem opinione imbuti paupertatem summum malum existimamus: qđ non putarunt Romani illi vereres qui non minus laudis ex paupertate cōsecuti sunt quā ex imperio & rebus praeclaris gestis caruisset honore sepulturae adeo pauper menenius ille Agrippa Senatus, ac populi Romani in cōponenda pace arbiter: nisi collatis in capita sextantibus funus ductum more maiorū fuisset. Valerio quoq; publicolae qui tertium consulatum gessit ob inopiā rei familiaris funus ex publico exhibitum: nil enim praefer gloriā in morte sibi reliquum fecit. Cincinnatus autē ab aratro ad dictaturā accitus plus gloriā ex paupertate quā ex superatis hostibus populi Romani. consecutus est: septē iugeribus agri contentus quē ipse colere solebat vbi semagistratu abdicasset. Quā gloriosa autē fuerit Attilij serani paupertas nō attinet dicere: cum omnes historici huius clarissimi viri nomē celebrēt. Is em̄ quē a serendo cognomētū duxisse arbitror, dari sibi in Africa successorē postulatuit: ne villę suę pauca quēdā iugera pessum irēt, mortuo villico cui⁹ industria vxorē & liberos alere cōsueuerat, Senat⁹ itaq; ne inchoatū bellū omitteret, operā dedit v̄t ager eius colerēt, & vxori ac liberis publice alimēta p̄starent. Miseros ne igit & ignobiles hos p̄clarissimos viros ducemus q̄rū tātus virtutis splēdor in paup̄rate reluceat. Petiūt &

Dialogus

C. Scipio in Hispania successorem sibi dari, quia filiam nuptui sua industria daturus esset. Senat⁹ autem ne tanto duce careret dotem. xl. milium aeris virginī dedit: ac merito locauit gloriosus senatus qui cui suo cauit gloriosior Scipio qui ex paupertate tū nominis consecutus est, quantū nullus antea ex diuitijs. Fuit olim resp. Romana apud omnes gentes & nationes magno in precio: dum Romani ciues paupertate gloriabantur. Opes em publicas oportere esse & non priuatas censuere veteres illi qui legem de repetundis, ac de peculatu tulere. Verū ubi hac mutata sententia ex publico & priuato rapere post habita gloriosa paupertate, nulla deinceps religione, nulla pietate, nulla modestia vsusunt: adeo eos auaritia & habēdi cupiditas de via retraxit. Hinc orrē sunt in tanta ciuitate seditiones orta bella ciuilia: cum opes orbis terrarum in vnam vrbe congeſſe victorū prēmia essent proscripti, certe in triumphatu plures sunt ppter facultates & diuitias quā propter studia partium. Quos enim vel natura vel rario a tanta perniciē retrahēbat: eosdem diuitijs in discrimen vocabāt. Secuta est ubiq; paupertas, non latrones, non veneficos timet. Et si qui vere nobiles habendi sunt, n̄ certe pauperes erunt qui spretis fortunæ bonis omnes cupiditates per facile vīcunt. Neq; est Vt sine cur. quisq; putet pauperis nullam omnino liberalitatē esse quod facultatibus careat: vnde beneficentia oritur. Mira enim liberalitate vrebantur viri illi clarissimi, de quibus paulo ante mentionē fecimus, dum patriam tuebantur, dum imperium augebant, dū munera reip. caste ac sanctē obibāt: benignitatis munere vti quadrifariam secūdam

Platonē possumus pecunijs opera disciplinis oratione pro circūuentis in iudicio, quod est summū liberalitatis genus. Exhaustiri enim interdū ea beneficentia potest quæ pecunijs & opibus exercet: quantū enim ex pecunijs dando imminuitur tantum ex ardore bene agendi detrahitur. At vero qui in priuatis publicisque rebus opere consilio officio pdesse nititur: eo liberalior indies fit quo sua auctoritate de pluribus bene meretur. nulla subla-
ta bene agendi hac in re præsertim facultate. quāsum autē profecerint in iudicijs oratores & causidici circūuentis aduersariorum potentia & malitia declarant Ciceronis Hortensij ac Demosthenis orationes: qui persæpe a faucibus potentū inopes subtraxere. Doctrina præterea & eruditione comparari ingens benignitatis nomē potest: quæa semper animis nostris infideat, comiteturque nos usque ad extremum vitæ spiritum. Transieruntur per facile & amittuntur pecuniæ, mutantur honores & dignitates pro arbitrio potentum. Cadunt consilia socordia, interdum & ignauia. Contēnuntur orationes: sola vero sapientia firma ac stabilis habetur. Est enim earum rerum quæ secundū Aristotelē semper & ubique eodem modo sese habent. Vera namque virtus, vera nobilitas nulli casui subiecta esse debet: ex qua sit animus liber & ingenuus nulli vnquam flagitio, nulli turpitudini deditus. Qui igitur de nobilitate loquitur de virtute se loquitur: intelligat necesse est: adeo simul hæc duo connexa sunt. VRSI. Nō improbat (vt video) Plato partē illā beneficentiæ quæ circa dandas pecunias versatur. Pecunias autē dico more maiorum quarū estimatio mensuratur numo. PLA. Non impro-

Dialoꝝus

bat certe cū dicat hac nihil hominū nature accommodatius. Sed inspicere diligēter oportet quēadmodum vramur, cū nō in omēs nec ob leuē causam: sed erga bene merentes, & ob singularē aliquā virtutē beneficos nos esse oporteat. Hoc vel le iustitiā in partiendis rebus hoc poscere æquitatē. Ea præterea liberalitate vti iubemur, quæ p̄sit de nobis benemeritis & nemini noceat. Quare tyrannorum quorūdam vt olim L. Sylla. C. Marij. Cinne: Lepidi M. Antoni pecuniarū & bonorum translatio a veris dominis ad iniquos satellites & seruos nequissimos non debet liberalis videri: cū auferantur vnde non oportet: & his dentur qbus ob flagitiosam & scelestē vitā negari aer nedū vitus deberet. Admonet nos quoq; M. Tullius ne maiore vramur benignitate q̄ facultates nostræ requirūt, ne ve ita rem familiarē claudamus vt eā libertas aperire nō possit, quæ profecto omni ostentatione & vanitate carere debet. Hoc autē prudenter fiet si cēpus cōsiderabimus, si causam benignitatis, si rationē, si dignitatē: tū nostrā, tū eorū erga quos liberales esse debemus. Nā qui sine vitio vel mēsurā quodam animi impetu: liberales videri magis q̄ esse volūt argui leuitatis nō sine causa possunt. Viro em̄ bono nil turpius est, q̄ aliqd facere cuius p̄babilis ratio reddi nō possit. Tenēda igit̄ mediocritas quēdā est, ne si oīa temere effuderimus p̄digi: si vbi dandū est nō dederim⁹ avari & maligni videamur. More autē christiano paruulos nutrire, pupillos tueri, virgines inopes cōubio locare, viduas defendere, nobiles paupertate & valetudine oppressos iuuare, esuriētes pascere, algentes vestire, captiuos redimere, nexos q̄re alieno sol

uere sua pecunia & impēsa, nobilis ac liberalis vi-
ri propriū est: quod etiā Fabiū illū maximū quod cūctā do-
tē Romanā restituit fecisse legimus. Captiuos em̄
ab Annibale redēpturū se pollicit⁹ senatu recusantē:
ut id quod instituerat sua impēsa faceret fundū vē-
didit. Laudat & liberalitate Gillus agrigētinus: is
em̄ quingētos eq̄tes gelēsū vi tēpestatis in fundū
suū cōpulsos magna impēsa aliquādiu aluit. Omī-
tō dicere quod liberalis fuerit in edēdis spectaculis in-
curāda annona in epulis apparādīs, cū oīem quod vñq̄
fuerit liberalissimus sit habitus. VRSI. Splēdide sa-
ne. Sed hic quæso, separas. ne magnificētiā a libera-
litate. PLA. Immo vero Aristotelē secutus. Hæc
em̄ in dādis pecunijs, illa vero in magnis sumpti-
bus: vñde nomē accepit versa. Propriū nāq; ma-
gnifici viri est theatra, tēpla, fora, portic⁹, & des: ita
ædificare, ut & ciuitatis dignitas requirit, & eius quod
extruit facultas & amplitudo. VRSI. Pinxisti iam
mihivt arbitror illū quē nobile dici & haberi vis.
PLA. Ducta sunt certe vera nobilitatis liniamen-
ta: sed nōdū plane nervos & colores supinduxim⁹.
VRSI. Perfice quæso ut tādē gloriari possim me il-
lius nobilitatis quā quærimus verā imaginē vidis-
se. PLA. Ita em̄ iustitia in humana societate neces-
saria est ut in animāte aīa. Huius em̄ motu ciēs cor-
pus si insit: sin absit cōtinuo rigit & dissoluit. Quis
est em̄ qui ut deū quēdā cœlitus missum instū ho-
minē nō admiretur. Huic ut vides cōmittunt ho-
mines fortunas suas: committunt liberos coniu-
ges humanaq; omnia: nec immerito quidem, cum
ipsa iustitia sit (ut Aristoteli placet) non pars quæ-
dam virtutis, sed tota virtus. Ut igitur perpe-
tuam cōmēdationem & famam veræ nobilitatis

Dialogus

cōsequamur, ipsam iusticiam amplectamur oportet: sine qua nihil potest esse laudabile. Camillus Dictator Romanus phalarios quos vi nō poterat iusticia & clementia in deditionē accepit: remisso pēdagogo virgis cæso ab eisdem pueris quos trās fuga se cum per fraudem in cāstra hostium duxerat. Magna est & aristidis laus qui iusti cognomētum consecutus est, quod Themistoclis consilium de incendienda Lacedæmoniorum ad Cithicum classe vtile, certe non tamē iustum improbauerit. Hanc autem iusticiā recte obseruabimus si cōmunibus pro cōmunibus vtemur. Cōmunia autem sunt errantes admonere, ignaros docere: aut vt erudiantur curare, aquā non prohibere, pati ignē ab igne sumi, consulentibus fidele consilium dare. In hac autē societate humana gradus distinguere superuacaneum mihi videtur. Nemo est em̄ q̄ nesciat: plus se patrię parentibus liberis p̄pinquis ciuibz debere eiusdem nationis eiusdem linguę, q̄ peregrinis & externis. Non est etiā alienū ab officio pręstātis & iusti hominis curare: vt in patria sua leges iura suffragia cōsuetudines seruent: vtiq; ciues sui in dictis pactisq; datā fidem pręstet. Qd̄ fecisse M. regulū legimus vnicum inuiolatę fidei exēplum. Is enim Carthaginē ad certā potnā redire maluit, quā datā fidem violare. Hęc autē Vrsiane qui diligenter obseruat: non modo ingenuus, verū etiā illustris mihi videtur. VRSI. Probe quidem oīa pingis. Siquid habes ad hęc, perge quæso. PLA. Fortitudo vt mihi videtur omnium virtutū, quasi robur quoddam viro insigni pernecessaria est ne iusticia vlla ex parte labefacteretur. Verum vt fortitudo sine iusticia iniquitatis asyllū est:

cum validior ībeciliorē opprimat: ita iustitia sine fortitudine eos plerūq; deferit quos tueri merito deberet. At vero cum fortitudo ī res bellicas & domesticas diuidatur superius illud Neapolio ni equiti xg fratribus tuis qui militiam sequuntur omittamus: amplectanturq; potius domesticā illā fortitudinem: quæ animi magis quā corporis viribus cōprehenditur. Vera autem fortitudo est primo seipsum vincere, iram cohibere, nullis illecebris capi aduersis nō perturbari nec extolli secundis: & quasi vento huc & illuc īpelli: nā qui cupiditatibus vīcitur, qui metu frāgitur, qui ira p̄turbat uti certe cōsilio nō potest. Is autē quē magni excellentisq; animi esse volumus: nihil admirari ī rebus humanis: nihil magnifacere præter virtutē debet. honores præterea ut Aristoteli placet non quoscūq; nec a quouis oblatos suscipiet. sed illos tñ quos esse dignos illustri viro arbitrabat. Præterea vero ita dignitatē animi sui ī vtraq; fortūa seruabit: ut a seipso discedere nusquā videat. Cōtulisse ī bñ meritos bñficia letabitur: feretq; moleste si ipse ab alijs accepit: nec plura statim reddiderit. Hæsiōdi præcepto: qui maiore mēsurā reddimādat. Alienū vero ab eius natura est quē magni excellentisq; ai esse volumus beneficia ī alios collata cōmemorare accipiētis certe hoc ppriū est non autē dantis. Quāuis em̄ Lacædemonij ab Atheniensibus beneficia accepta cōmemorāt sua tñ in eisdē collata verecūde reticēt. Excellere itē ī omni virtute māuult q̄ videri quod est vani hoīs propriū. A parte autē loqui amare odisse magni ai propriū existimat: timētis namq; est occultare suam. Sit motus ipsius quē mobilē querimus tar-

Dialogus

duſ in inceſſu vox grauis: ſermo ſentētijs plenꝰ.
Prorſus autem vera animi magnitudo ſine ingen-
ti virtute conſtare non pōt. Cauenda eſt tñ nimia
gloriæ cupiditas. Nam dum magnitudine animi
pręſtare omnibus quęrimus æquitatem iterdum
ob ambitionem cōtēnimus q̄ nullo publico ac le-
gitimo iure vinci nos deinceps patimur. In rebus
aũt agēdis magnū animū: magnā ſpem præferre
debet q̄ alios excellere cupit. Qđ feciſſe ſecundo
bello punico Scipionē ferūt. Is em̄ coactum ingreſ-
ſus deliberantium de relinquenda Italia poſt cla-
dē Canēſem ſtriſto enſe mortē his cōminatus eſt
qui talem approbarēt ſententiam. Nam vt boni
medici proprium eſt vultu ac verbis bonam vali-
tudinē ægrotantibus polliceri: ita illuſtrem virū
deceat deſperationem hominū fiduciā & bonam
ſpem obſcure, q̄ æneā feciſſe Virgilius ſcribit vt
illud. Spem vultu ſimulat premir altū corde do-
lorem. Non eſt autē viro īgenuo villo modo tre-
pidandum nec de gradu cōſtantię (vt dicitur) ca-
dendum quo nihil poteſt eſſe viro ampliſſimo in-
dignius: qui ad vnā fortitudinē pro vtilitate com-
muni natus & educatus eſt. VRSI. Indiget ne alio
adminiculo is quē cæteris nobilitate animi præſ-
ſe vis PLA. Immo vero & quidē magno. Nec eſ-
ſe autē vt ī eo homine prudentia ſit ad bono-
rum malorumq; delectū: quē iuſtū & cōſtante vo-
lumus. Prudentia enim cæterarū virtutū magi-
ſtra ita eſt ars viuēdi vt medicina valitudinis na-
uigationis gubernatio. Vnde hac in re nequaquā
laudādus eſt theophrastus qui in calliſtene ſuo vi-
tam noſtrā & regi fortuito dixit: quo nihil pōt eſ-
ſe languidius: cū vſu & doctriā cōpertū ſit cœlum

& homines sapientia gubernari. Sapientia enim (ut philosophis placet) nil aliud est quam diuinarum humanarumque rerum cognitio: quam quidem M. Tullius prudentiam iterdum sapientiam: nonnunquam vocat: hanc qui aspernat & contemnit quod a brutis differat non video. cum virtutum omnium princeps sit & magistra quaedam: vni omnis bene viuendi ratio colligitur. Quare sancte a Platone scriptum est tum demum beatas fore respu. si eas docti & sapientes regerent bene siquidem consultum ciuitatibus censuit si is qui summam potestatem haberet studium omne suum in virtute collocasset. Quales fuisse. Romae: P. Scipionem. C. Laelium M. Catonem accepimus spartælycurgum: Athenis solonem. Illa enim parsque (ut M. Tullio placet) veri cognitione versatur maxime naturam accipit humanam. Is etiam merito prudentissimus haberi debet qui in quauis re videre & explicare potest quid verum, quidue falsum sit. Quare bene responsum ab Aristotele est. interrogatus enim quid differrent docti ab idiotis quo inquit viuentes a mortuis. Est autem sapientia recta ratio rerum gerendarum quae & voluptatibus modum imponit: & a fortitudine regit. Transfert haec eadem se non modo ad rempublicam. verum etiam ad familiarē: resque omnes non temere sed considerate agendas. Sumendum esse tempus in deliberatione ostendit: re autem deliberata aliquid agendum posthabita solertia & ignauia. Huius enim virtutis tota laus in actione consistit. VRSI. Miror ego hanc duonominam videlicet sapientiae & prudentiae omnino confundi: cum peripatetici longe aliter sentiant. PLA. Est ita sane ut dicis. Ut enim sapientia principium est cognoscendi res omnes exactissime contemplan-
das: ita prudentia quid ex petendum fugiendumue sit

Dialogus

nobis ostendit. Verum si recte itueri volumus parum admodum iter se differunt, cum res ipsa considerata & perspecta quod ex sapientia oritur ad actionem nos perducit in qua foelicitas humana reposita est. VRSI. Non displicet hoc quidē. Habeo iam ut arbitror illū quē vere nobilē quærimus. PLAT. Vnum adhuc superest quo veluti condimento hæc nostra cōfabulatio vel disputatio potius sapidior fiet. VRSI. Quid id quæso est. PLA. Temperantia quam interdum modestiam nōnūquā etiā moderationē appellare solemus. Cuius virtutis proprium est appetētis animi motus sedare ac regere. Semperque aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiā. Intemperantiam enim omnem animi statum perturbaret & inflammaret: nisi huic vitiositati in lauitus oblisteret, cuius beneficio ægritudines in omnesque animi perturbationes sedantur. Animis nostris atque naturæ vim duplicem inesse M. Tullius affirmat: quarum pars vna in appetitu reposita est hæc ὁρμη græce dicitur quæ hominem huc & illuc impellit. Altera vero in ratione quæ docet & aperit quid faciendum fugiendumque sit. Ita sit autem ut ratio præsit appetitus vero obtēperet in homine potissimum bene morato cuius fundamentum ipsa verecundia erit quæ non sine causa prudentiæ adiuncta solique homini data ostēdit aliud quidem iuueni conuenire, aliud seni. Saltauit (ut aiunt) qui veteres testamenti Historiā scripsere David rex non autem Samuel: & ut nec ille reprehensus: ita iste magis laudatus est. Abstinent fidibus ob verecundiam credo themi oculus ille Græciæ princeps quod eas dignitatū suæ nequa-

quam conuenire arbitraretur. Scribunt & poetæ
mineruam tibias abiecisse quod dum eas inflaret
indecorē genarū in fonte perspexit deæ minime
conuenientem. Continentem & abstinētem cum
esse oportet quem nobilē quærimus. Horum au-
tem alterum in rebus est: alterum ī moribus. A-
phricanus ille Scipio qui nobis multis in rebus ex
emplo est eximię formę puellam in bello captam
ac sibi in hispania voluptatis causa oblatam con-
stanter renuit: eamq; inuiolatam marito restituit.
Gato autem in Epyro archaia cycladibus vene-
ris & lucri copia abundans constantissime Huma-
rio ruffo teste tantam turpitudinem reiecit. Scitū
sane illud Fabricij est in cineam apud Pyrrū vo-
luptati oīa tribuentē. Vtinā inquit talem habeant
mentē oēs popu. Roma. Hostes. Quā turpe autem
sit diffluere luxuria sardanapali error nobis ostē-
dit qui cidi iussit ī sepulchrū suū: hoc habui quod
edi q; exaturata libido hausit: Quid aliud ari-
stoteles inquit in bouis nō in regis sepulchro inci-
deres: rebus autem in oībus tenenda mediocritas
est: quæ ad valitudinē quoq; pertinet. Est autē in
desiderio non in satietate iocunditas victus. Ille i-
gitur quē nobilem & illustrem quærimus oēs libi-
dines coerceat. ægritudines animi sedet. Cōpri-
mat iracūdiā vnde prope īfinita mala nascuntur.
Præterea vero prudentia vtatur ī bonorū malo-
rūq; delectu. Iustitia vnicuiq; qd suū est tribuen-
po. Fortitudine labores consideratos periculaque
obeundo. Tēperantia (vt dixi) voluptates oēs pre-
termittendo. Hoc qui constantissime facit etsi ru-
sticis parentibus ignobiliq; loco ortus est: nobilis
tamē & ingenuus haberi debet. Hęc habui de no-

Dialogus

bilirate quæ dicerem. Sed iam finem si placet faciamus nisi quid aliud vis. Nam coenæ, tēpus infat & traiecto flumine nobis per aduersum collē in vicum Varronis subeundum est. Satisfecisti mihi abunde & iam tandem solos eos nobiles existimo qui aliqua singulari virtute: præditi sunt: non autem illos qui bene loti & pexi & sericati coccinatique accipitrem circumferunt in ipsa ignauia non in solertia vt par esset nobilitatem collocantes. **PLA.** Recte sane. Cōscendamus si placet. **VRSI.** Quid ira quæso acceleras veniemus tēpori. Nō est quod ita properes. **PLAT.** Facit pulchritudo & magnificentia harum ædium quas nuper magna cum arte & miro sumptu edificasti, vt eo facilius proficiscar. Quid enim illis ædibus decen-
 tius reperiri potest, si trabes auratas, si parietes bene pictos inspicias. Quid commodius si ampla coenacula, si portic⁹ fastigiatas, si cubicula venusta, si hortos egregie cultos ituemur? **VRSI.** Gaudeo sane vicum hunc nostrum ita tibi placere. Curaui ego hanc ædificationem non magis mea q̄ hominum causa nec priuatorum hominū solum verum etiam pontificum ac regum vt si quando eis hac iter facere contingeret meo beneficio percomode recipi possent. **PAAT.** Indicauit id modo pontificis sexti aduentus quem ita magnificentissime accepisti vt a nemine melius aut lautius accipi potuisset: q̄ viri splendidi & illustres proprium est. **VRSI.** Putaui sane hoc esse magnifici hominis officium. Sed rectum quæso iam tandem subeamus ne humiditate nocturna lædamur nos præferim qui ob difficilem collis ascensum non nihil sudamus.

Platinae dialogi ad Laurentium me-
dicem prohemium.



Qui vitam ciuilem Laurenti sibi dele-
gere: et mihi nimirum præter cæteros
sapere visi sunt. Laudet quantū velit.
druidas suos galli: laudet gymnoso-
phistas Indi: nec suos heremitas ipso-
bent christiani. Ego enim sic existimo hunc mun-
dum quem colimus: quemque tam ornatum quo-
dammodo pictum cernimus nullam speciem ha-
biturum nisi a ciuilibus hominibus incoleretur: et
sunt profecto, qui provincias diuisere. qui vrbes
suis locis, qui pagos, qui villas, qui oppida con-
didere: qui homines in vnum congregatos per
tribus ac vicos diuisere qui patrem familias suis
præesse voluere. ac vero ut et in vnum congre-
gari bene ac sancte viuerent suis legibus vita ci-
uilis descripta est: tum ab illis priscis legum lato-
ribus solone lycurgo ac dracone. tum vel maxi-
me a Platone & Aristotele quorū libri de mori-
bus præsertim ciuili disciplina referti sunt. Lau-
dant et certe priuatam vitam contemplandique
rationem & in ea solidam voluptatem collocant:
ciuilem autē ita amplectuntur ut in ea laudanda
magna volumina conscripserint: quod certe non
fecissent nisi hanc vitam fructuosiore: illi iner-
ti ac desidi præferendam multis rationibus intel-
lexissent. Nam qui vitam in solitudine ducit qui-
que rerum ac deorum naturam contēplatur: his
certe cū solitudines humanas subterfugiat ac san-
ctam societatem deserat sibi magis quā alteri
natus esse videtur. Magnum est profecto deos cō-
templari eosdemq; nobis propitios reddere præ-
et iij

Prohemium.

cibus ac votis. Sed illud quoque maximū est ad quod nos natura rerum oīm parens impellit. Nō em̄ solum nobis nati sumus (vt ait M. Tullius) verum ortus nostri partem patria vīdicat, partem amici, qbus certe satisfacere illi nequaquā pnt qī solitudinē sedentes sese ab hoībus vt a toto corpore separarūt. Delectati qdē multi cū ex Gr̄cis, tū ex Aegyptijs cōtemplatiōe sunt multaque ad cognitionē rerum occultarū & admirabilium pertinētia cōscripsere qd qdē ad paucos pertinet. Sed ego potissimū Romanos laudo & admiror q post habita priuata commoditate & voluptate animi de legibus & moribus scribentes cōi hoīm vtilitati semper cōsuluere. Hac itaq; rōne motus Laurēti ne mihi tantūmodo natus esse videar scribere aliqd ad te de optio ciue īstitui quo mihi & tibi pariter satisfacere. Multū em̄ patrie isti tuę florētissimę debeo: quæ me licet externū tot ānis nō modo aluit verū etiā erudiuit. Multū præterea a uo ac patri tuo viris certe clarissimis quorū benignitate & gratia ī cliētela familiæ vestrę susceptū sum. Verū qā auus tuus Cosmus rempub. Florēti nā semper coluit: p̄ eaq; tuēda maxia bella & grauissimas īmicitias plerūq; suscepit eundē quoque nō modo tecū sed etiā cū reliqs ciuibus qbus oībus bene cōsultum vult loqui puto. Eius em̄ personā loquentē feci quo tibi ac ciuibus tuis auctoritate tanti viri maior ardor cōcitaret ad bñ merendū de repub. quā vobis amplā & splendidam suā īdustria & aī magnitudīe reliqt. Neq; est certe Laurēti cur hoc nostrū munusculū aspernere q̄ paruulū sit q̄q; etiā peregrinū ad ciuē scribat. Scribāt alijs magna volumia ad ociosos & iertes. Scri-

bo ego ad te cuius tota vita in actiōe reposita est: quicq; ciuitati tuę consulis de tuo etiā ne his grauissimis tēporibus fame laboret quæ grauiter quidē nescio quo fato omnē Europā nunc vexat. Qd̄ autem peregrinus ad ciuē florentinum de gubernāda repu. scribā non est cur quispiam miretur: cum multi ante me id facerent: cūq; etiam eiusdem ciuitatis merito ciuis appellari possim, in qua annis aliquot vixi in tanta ciuium charitate & beneuolētia vt facile dignosci non posset ciuis ne an peregrinus essem. Sed hæc quæso tandem omittamus: atq; auum tuum Cosmum quid optimum ciuem facere oporteat differentē audiamus, abs te tamē vta Tyrone res prius inchoabitur, vt velites & rorarij apud Romanos in prēlijs solebāt. Tibi em̄ primę p̄rtes attribuuntur qui sic Platinā carigiū vestrum adeuntem alloqueris.

Platinę de optimo ciue Liber primus incipit.

Laurentius.



Hic est Platina ni fallor quē ad nos venientē video quid sibi velit in carigio nostro haud satis scio, relicta p̄sertim florentia vbi veneres omnes & blanditiæ insunt? **PLA.** Quasi vero plures blanditias & voluptates faciam q̄ ocium & quietem. Secessi paululū ab vrbe mi Laurenti donec ludi isti vestri theatrales & inimici efferueant. Quiescere em̄ interim non licet aut ingenio frui: dum Florētinus populus ad ludos natus vocibus & clamoribus om̄ia cōplet, clamat, prostrept, explodit, laudat. Tubis p̄terea tibijs fistulis cornibus adeo corum frangūt populares vt nil excogitari viro di-

De optimo ciue

GNū rſi liceat. **LA V.** Qui de rep. ſcripfere proba-
runt ne ludos? An hæc cōſuetudo vt alia permul-
ta irrepſit, vniq; legis in ciuitatibus cœpit? **PLA.**
Philolphos domi habes, & ex me peregrino que-
ris quid ad ciuitatē pertinet? Auum tuū Coſimū
virum ſapientiſſimum ſiſcitare qui (vt arbitror)
vſu & tate & experientia neminē ſuperiorē nedum
parem habet q̄ etiam ipſo tacēte reſpu. veſtra flo-
rētiſſima indicat: quā & ab externo hoſte & a ſe-
dicioſis ciuibus ſæpius exagitatā hac pene oppreſ-
ſam non modo liberauit, verū etiā legibus & inſti-
tutis fortunatā reddidit. **LA V.** Nollem auo meo
moleſtus eſſe q̄ nunc in ripa tertiolæ in viridi opa-
coq; loco ſub quercu illa animi & virandi æſtus
cauſa reſidet. Parcēdū eſt eiꝯ grati quę per ſe mor-
buſeſt (vt ait Cicero) parcendum valetudini qua
per ſæpe afflictaur. Adde q̄ ciuilibus negocijs &
procellis exagitatus huc ſeſe vt in portū recipit.
PLA. Quaſi vero a ſene bene inſtituto, beneq; de
rep. merito q̄ fieri iucundius poſſit, q̄ aut qd ſit
agēdū in vita ad bene beateq; viuēdum cōmemo-
rare, aut ſuos edocere: quo pacto ciuitatē iuſte ac
ſancte gubernēt. Hoc vno ſiquidem modo omnē
ei leuabimus ſenectutis & valetudinis moleſtiam.
Ab his em̄ ad meliorē cogitationē animū eiꝯ tra-
ducemus: ex qua p̄fecto nō minorem ipſe q̄ nos
voluptatē capiet, cū docentis & que ac diſcētis par
voluptas ſit. Sed accedamus p̄pius, & dū in vita
eſt qcquid poſſum⁹ ex eo tanq; ex vberrimo fon-
te hauriamus qd tibi & tuę reip. p̄ſit omiſſis ludis
illis, de qbus paulo ante dixim⁹. Ego em̄ viciffim
hominē interrogabo, tu q̄ dicet notabis & ediceſ.
COſ. Quid huc quęſo Platina? Carigiū ne viſu-

rus & tertiolæ riuū & quercū hanc frondosam, an-
 estus vrbaniq; tumultus vitādi causa huc venisti &
 PLA. Vt te videre & salutarē Cosme utq; aliqd
 a te perdiscerē vna cum Laurētio nepote tuo, ad
 quē florentina resp. post te ventura est. Nā petrus
 filius adeo podagra & articulari morbo laborat,
 vt non longior ei vita futura videatur: hāc ob rē
 existimo Laurētium nostrū tibi ac patri breui suc-
 cessurū, recepturūq; ab utroq; repu. bene vestris
 artibus ac labore institutā. Quare vt auo ac patre
 dignus videatur ediffere, & quidem breuiter: no-
 lumus tibi diu molesti esse: quid optimū ciuem in
 gubernāda ciuitate deceat, vt tanq; optimus poe-
 ta hūc extremū vitæ, actum bene & vtiliter trās-
 igas. Hoc est munus tuum hoc a te expectat, nō a
 riuuli susurro, nō ab his virgultis & arborib⁹ (que
 vt Socrati placet) nil habēt in se q̄ hoīes doceant.
 Quāobrem aggredere quæsumus, da hoc nepo-
 ti, da patriæ vt quæ ornata per te est: eadē quoq;
 in futurū cōsilio tuo per nepotē salua & aucta vi-
 deat. COS. Nō postularis a me hoc vt. video sed
 flagitaris. Faciā ego vobis vt potero satis: q̄q; hoc
 sit philosophi doctissimi ac sapientissimi munus: a
 me autē hæc habetote, vt ab hoīe potius ætate &
 rerū humanarū cognitione perito q̄ doctrina &
 arte imbuto. Inrerim vero vacuū tēpus & liberū
 mihi dari peto. Nā q̄ rē tātā suscipit cura, certe, &
 negotio vacare debet. Abigitote quæso rusticos
 istos a me ne nos a rep. ad rē rusticā traducāt. Im-
 portuni pfecto sūt, & qd volūt nimis volūt, qppe
 qui affectus sedare vsu vel arte nequaq; dedice-
 re. LAV. Hoc meū erit negociū meo iussu conti-
 nescēt oēs: quiesce si placet & i hoc cespite, recūbe

De optimo ciue

ac pedes contrahe ne aqua subluti articulari morbo vexent: qđ in frigidis podagris accidere solet. Queret ex te Platina aliud ex alio: & ego qđ differes tanq̃ ex oraculo percipiam & ediscā. PLA. Quia vero (vt ait Maro) non oīa possumus omēs. ob eam rē si quid mihi exciderit, aut prātermisum a me fuerit: tu statim ad quē pertinet id suggesterit, faciesq; auum tuū rogando ad dicendum alacriorē, cū te ex ore suo tanq̃ ab vbere pendentem videbit. LA V. Faciam: ego vero qđ velle te video & inueneris. Cōticescamus: dicturus est aliquid auus tuus mentū attrēctat & barbā mulcet. COS. Ego vero cum sēpe alias tum vel maxime nunc cogitabā, multum hominī natura tributum esse: in eoq; mentem ipsā magnā vim rerū optimarū continere: hinc faciendi qđ honestum & vitandi qđ turpe est rationem colligimus: cū natos esse nos & in lucē editos ad decus & honestatē cernimus. Hoc etiā naturalis societas hoc hominū coniunctio inter ipsos experere videtur qua ex re illa qđ querimus respu. nascitur: quæ est (vt Aristoteli placet) eorū qui in ciuitate degunt institutio: cuiusq; finis est bene viuere. Sed quoniā res tanta gubernari bene sine parente & ductore ōniū nō potest ab eo si placet exordiamur. Deo em̃ duce errare nemo potest. Prāterea vero ingrati videmur: cum poetæ fabulas narraturi vana numina inuocent. Si nos dei optimi maximi nomē prāteriremus: nos inquam quos prouidos sagaces acutos memores plenos rationis & cōsilij fecit. Solus em̃ homo ex tot animantium generibus atq; naturis rationis particeps & cognitionis est: ob eamq; rē deo propius accedit. Quare si placet & ni aliud

Hō ad de
cus & ho-
nestatē na-
tus.

vultis hinc exordiamur. PL A. Rectissime equidē
īsto em̄ duce errare nemo potest. Sed vocē attol-
las oportet Cosme : cōcentu em̄ auium, strepituq;
fluminis nō bene quē dicis percipimus. COS. Ac-
cūbite quæso: vt quæ dicturus sum cōmodius in-
telligatis: mihi enim per etatē vocem attollere nō
licet, nec arteriā defatigare. LAV. Accubuimus
tua & nostri causa ne quicq; ex ore tuo excideret
qd nō perciperemus. COS. Principio quidem cō-
parandę auctoritatis constituendęq; reip. singula
re fundamentum religio est. Non enim parum fi-
dei apud ciues suos ille sibi cōparat: qui & deum
immortalem esse & om̄ia posse existimat: putatq;
quicquid humanum genus prouidum acutum in
se præclarum & excelsum habet: non propria in-
dustria & sagacitate, sed diuini numinis gratia ob-
tinere. Vt igitur, vnus deus ex instituto christia-
nę religionis in ciuitate nostra, pie sanctęq; colat̄ &
adoretur Laurenti curādum tibi potissimum est.
Hoc em̄ a nobis suo merito vult deus, qui patrię
nostrę hanc remp. tam amplā tāq; florentē præsti-
tit. Præterea vero cum fieri non possit: vt in ma-
gnis vrbibus inter ciues ipsos ėmulatio interdum
non oriatur: pietas ista ad tutelā tui ipsius, & mo-
numentum non parum roboris tibi præstabit. Mi-
nus enim (vt Aristoteli placet) reformidant homi-
nes quę religioni & pietati deditum viderint: mis-
nusq; contra illum seditiosi audebunt quem dñs
amicum perspexerint. Cyro quidē ad auum astya-
gem ituro: hæc in primis mandata dat pater Cam-
byses vt est apud Xenophontē scriptū. Hæc a me
discas fili quę habentur maxima, nihil a te vel pu-
blicis vel priuatis in rebus agēdū, nisi sacris pera-

De optimo ciue

Atis deorūq; volūtate augurijs perspecta & cognita. Humanū em̄ genus erroribus plenū est : at dñs cū semper fuerint cūq; oīa norint, præsētia, præterita ac futura inuocati ad sūnt cōsultatiōibus hominum, quibus ppitij ob pietatē fuerint, signisq; ostēdunt: qd agere quibulve abstinere oporteat. Qd si noluerint oībus consultum esse: nil mirum videri debet: nulla em̄ necessitate vrgent, vt que nolint curent. Hoc autē sanctissimo mandato per motus Cyrus: nil vnq; priuatim ac publice egit qd ad regem pertineret quin pri⁹ litaret, cōparataq; victoria sacrificando dñs gratias ageret. Tantum præterea bene instituti regis exēplum valuit, vt gens Persarū ferox antea & indocta ad bonā frugem breui redigeret. Nunq; vero bella suscepit David ille fortissimus, qui & Goliā singulari certamine superauit: & finitimas gētes ludæis infestas domuit, nisi prius sacrificia deo maximo exhibuisset. Parta autem victoria hymnos statim cecinit: eidem gratias agens, vt ostenderet dei benignitate & gratia nō suis meritis tantā felicitatem se cōsecutū fuisse. Ad Antipatrū autem scribens Aristoteles hominem certe rogat vt Alexādrū Macedoniæ regem moneat, ne tot victorijs elatus qd in Asia adeptus fuerat deum contemnat: cuius nutu oīa mouētur: qui si fortasse diutius in regno tot laboribus parto vixisset, si præceptoris sapientissimi monitis obtemperauisset nec coli vt Hāmōnis filius & more Persarū voluisset. Quāta autem sit religionis vis, & obseruatio humanę pietatis erga deos: ex hoc maxime cōprehendi Laurenti potest, qd gentiū quoq; hoīes deos quale scūq; colētes feliciores sunt habiti. Tātāq; apud ciues suos au-

fortitatem hac vna re cōparant: vt populos quo-
quo voluerint facile impulerint, vt de numa Pō-
pilio legiſt, q̄ populū ferocem Romuli imperio re-
ligione iniecta ad meliorem cultū redegit, depōſi-
ta ſcūiticia illa & ruſticitate. Teſtantur hoc ancilia &
ſacra quēdā regni pignora: ianus. ſ. bifrons belli &
paciſ arbiter. focus veſtę virginibus creditus, pō-
tiſices augures ritus ſacrōrū faſti dies. Ante numā
hec oīa incognita fuere. Verum hiſ acceptuſ haud
difficile factu viſum eſt populū licentia bellica ef-
feratū in officio cōtinere. Senatuſ vero Ro. ad hāc
rem ſpectans decreto inſtituit vt ſinguliſ q̄buſ-
cūq; annis decem patritiorū fili; ad noſtroſ ſacro-
rum peritoſ mitterentur, qui hecruſca imbuti di-
ſciplina in patriam redeūteſ dñſ ſuiſ rite ſacra ex-
hiberēt. Adducere tibi exempla multorū in me-
diū, p̄fecto poſſem, cum eorū qui ob pietatem
etiā apud hoſteſ tuti & in precio ſunt habiti: tū
illorū qui ſpreta religione ſacrilegij & impietatiſ
ſuę poēnaſ tandem & quidem graueſ dedere. Sed
omiſſiſ hiſ falſorū deorū opinionibuſ, ad religio-
nem noſtrā caſtam ac ſanctam redire placet: quæ
etſi neceſſaria ſit, tamen ſi qua in re ab aliquo nō
bene inſtituto ambigeretur propter honeſtatem
& vtilitatem humani generiſ recipiēda eſſet. Nō
em̄ ſuperſtitionē habet vt iudaica, nō anileſ fabu-
laſ vt gētiliſ, non turpitudinē vt Machometana.
Ad iuſtitiā noſ impellit, ad fortitudinē, ad mode-
ſtiā. Pudorē nobiſ p̄ponit, pudicitia, fidē, cōſtantiā,
honeſtatem. Contra vero petulantiam vitare ſtu-
prum, fraudationē, ſceluſ, furorem, turpitudinē,
libidinē, iniquitatem, luxuriā, ignauia, temerita-
tem noſ admonet p̄ceptiſ & inſtitutiſ: quare mi

De optimo ciue

Laurenti hanc religionē, cuius characterem a teneris annis in fide parentum sumpſisti conſtanter amplectere, noſtrāq; ciuitatem tuo exēplo in hac fide continere: chriſtum vñici dei filium colendo cū patre ipſo ac ſpiritu ſancto regnantē: neq; eñ decerte ac reliquos chriſtianos vñum deum in trinitate perſonarum adorantes, & trinitatem in vñitate diuinitatis a gentibus religione & pietate ſuperari: maxime vero cum illorum religio vel ſuperſtitio potius fabulis vt dixi nīratur: noſtra vero ſanctiſſimis inſtitutis, ac infinito prope martyrum ſanguine probata & confirmata tot annis ſit, tot doctiſſimorum virorum prāceptis quor eccleſia Romana in precio habet, & vt de hominibus benemeritos colit. Multū proſecto deo noſtro debemus: inſpiciēda igitur ſunt eius merita erga patriam noſtrā quam totiens ab hoſte & quidē grauiffimo tutatus eſt, q̄q; etiam a peſte & fame perſæpe liberauit. Nec minus certe quid noſtra familia ei debeat conſiderandum quā quidē tumultu militari & ſeditionibus interdum exagitantem in ciuitate (vt vides) cū dignitate retinuit. LAV. Ego vero Coſme q̄ velle te video, quodq; etiam ratio dictitat libenter faciam: ſed dic quaſo quæ ſit iſta ſupſtitio quā toties cōmemoras. COS. Dicit hoc Platina ad quē pettinet. Nam hę ſunt eius partes. PLA. Ego vero dicam qđ Cicero ſentit: maiores noſtri inquit religionē a ſuperſtitione ſepararunt. nam qui rotos dies precabantur & imolabant vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: qđ nomē poſtea latius paruit. Qui autem oīa quæ ad cultū deorum pertinent diligēter tractarent: & tanq̄ relegerent ſunt dicti religioſi, vt

Merita
dei erga
nos inſpi-
cienda.

eligentes ex eligēdo: tanquā a diligēdo diligentes, ex itelligēdo itelligentes, his em verbis omnibus iest vis eligendi eadem quæ i religioso: vnde alterum vitij nomen est: alterum laudis. Est autē religio veri dei cultus: superstitio falsi vt qui superstitem memoriā defunctorum colunt tanquā deos. Cur aut lactātius religionē porius dictā velit ad religando non Hercle satis itelligo. Fuit bi- duo apud iferos xps (iquit) hoc vitulo pietatis obstricti deo religati sumus: vnde religio nomē accepit. Verum cum ante xpm ipsum deorū quoq; metus esset cuius sanguie & pietate religati eramus. Nullū certe tum erat vīculum: imo titubabant & soluta erant oīa. Venit qui nos redimere & cuius pietatem ac mīam religeremus tantorū beneficiorum memores. Vter vero melius sentiat aliorum sit iudiciū: perge Cosme nisi quid adhēc requiris. COS. Alte vero & vt oportuit a capite repetisti oīa. Aniles igitur superstitiones oculo- rum quorūdam vitabis Laurenti: ne frustra rēpus i nugis teras: & ea timeas quę oscitātes quidā aucupij gratia cōfingunt & somniāt. Non est cur sacerdotes roges quod irridēdo Socratē fecisse aiunt: vt æsculapio pro te gallum imolent. Sāctitatem vero quæ est (vt ait Cicerō) colendi dei sciētia amplectere. Hippocritas fuge ne te suis artib⁹ supersticiosum reddant. Est enim genus hominū perniciosum & maleficum: hos quidem vt rerū omnium simulatores ac dissimulatores saluator ipse i euangelio derestatur & accusat. Occultum quippe scelus est nec vt alia vitia facile dignosci potest. Virtutis enim ac sanctitatis nomina semper i ore habent: contēnere omnia videntur: sal-
k k

De optimo ciue

uatoris & sanctorum simulachra publice magis
q̄ priuate venerantur & adorāt obtorto ambula-
bāt collo demisso vultu, squalida barba & veste:
atq; n̄ quidem magna ex parte ignaui rudes for-
didi, sola ostentatione & vultus pallore conspicui
hominibus tāquam iutiles a fuci: & alienis labori-
bus insidiantes ifesti sunt. Quare bene a M. Tullio
dictum est: nullā capitaliorē pestem esse: q̄ eorū
qui cum mali sint id tamē agunt vt boni viri esse
videantur. Ad lucilium vero scribens Seneca ho-
minem monet ne quid hypocritarum more agat:
qui non perficere qđ ostentant: sed cōspici cupiūt.
Cautē igitur cum huiusmodi hominibus viuen-
dum est ne circūueniaris: neue ī aliquam supersti-
tionem eorum fraudibus incidas: qui certe etiam
in crimine deprehensi puniri non possunt: q̄ eorū
vitia interposito religionis nomine obteguntur.
Dubitant enim homines recte ne n̄ an perperam
agant. fugiendi itaq; sunt tanquam iutiles fuci:
& ciuitati graues. Sed his omiſſis ad alia si placet
pergamus. LAV. Quid subiicias secūdo loco ex-
pecto. COS. Stoicorum quidē mos fuit vbi de re-
ligione differuissent secundo loco charitatem pa-
triæ disceptandi & verū iueniendi causa propone-
nere: quod certe non ab re factum est. Nam cum
omni (vt ait M. Tullius) ratione animoq; lustraue-
ris: omnium societatum nulla est gratioꝝ: nulla ca-
rior: q̄ ep quæ cum repub. est vnicuiq; nostrum ca-
ri sunt parētes: chari liberi ppīqui familiares: sed
oēs oīm charitates patria vna cōplexa est p̄ qua
quis bonus dubitet mortem oppetere: si ei sit pro-
futurus. Quo est detestabilior istorū immanitas q̄
lacerant ōni scelere patriā, & ī ea funditus delēda

occupati sunt. Augere enī Patriam īperio: agris honestis vectigalibus optimi ciuis est proprium: qua ex re certe magnā apud omnes bene sentientes nō nascūtur gloriā vt Curio Fabricio Catoni senī obtrigit. Contra vero in vitio sunt: qui posthabitis cōmodis ciuium explendę auaritię & volupratis causa exigunt extorquēt quicquid in mentē venit. Potuitne vox illa sceleratior videri q̃ illa catilinę ob auaritiā & īperādī cupiditatem: qui dicente Cicerone īcendiū ab eo excitatū sentio īquit: & illud quidē: si aqua nō potero ruina saltē extriguā patrię excidiū minatus. Sed hunc certe idē exitus māsīt ac merito profecto qui L. Saturninum. Sp. Lēlium duos gracchos tyrānidē ad exitium patrię appetentes. Quanto autē laudabilior brutus ille primus consul post exactos reges qui neq; filijs quidē ī coniuratione deprehensis neque sibi ipsi pepercit dum studio tuēdę patrię: q̃ e tarquinij manibus vīdicauerat collatis hastis cū arūti superbi filio cōgreditur. Cecidere quidē ambo mutuis vulneribus sed diuerso nomīe. Laudatur Brutus vt optimus ciuis & bñ de patria meritis. Improbatur aruns vt nequissimus parricida. Laudāda est & deciorū charitas quorum alter bello latino pro salute patrię se deuouere. Iniecit se in lacum Curtius armatus adolescens sane nobilis equo calcaribus in vorāginem adactō. Intellexerat enim vatum respōsis hiatum terrę coire non posset: nisi ea iniecta qua popu. Roma. plurimum valeret. Hoc autem Curtij factum ita laudauere ciues vt in eundē locum singuli quicq; honoris gratia quadratē cōiecerūt. Nō caruere hac etiā laude Romanę siminæ: Nā captis velis cū aurū mittent-

De optimo ciue

Matronæ dum esset delphico Apollini propter decias quas
Ro. Trāsibulus. in bellico camillus vouerat nec facultas ī publi-
co esset ornamēta sua matronę ī ærarium detule-
re patrię magis q̃ suis cōmodis consulētes. Idem
quoq; fecere cum vrhs a gallis redimenda esset.
At vero cum trasibulus parua manu trigita ty-
rannos Athenis deicere conaretur vni ex cōscīs
dicēti quātum tibi trasybule debebunt Athenę
respōdit dñ faciāt vt quātum patrię debeo tātū
Themistocles. dem exoluā. Themistocles vero ne patrię bellū
inferret īstante Xerxe Persarum rege instituto sa-
crificio pātera exceptū tauri sanguinē hausit: atq;
hoc pacto mori maluit q̃ patrię aliqua ex parte
nocere. Hoc idē si Coriolano mario cinnę carbo-
ni propositū fuisset ante illatū patrię bellū gloriā
certe multi laboribus partā nō vna cū vita turpi-
Cōtra cu- rionem. ter amisissent. Hostis em patrię iudicari ī cuius si-
nu educati fuerant suorū scelerū pœnas tādē de-
dered: esset ante oīa īteritum patrię apud Virgī-
liū Aeneas his verbis. O patria, o diuum domus
Ilium inclyta bello mœnia darda nidum, quod
nobis, deū semper excipio nil patria charius ī vi-
ta esse debet aut dulcius vt Græci aiunt. Idē quo-
que poeta hostes patrię carpit potissimū vero Cu-
rionē vt quidā volunt. Vendidit hic auro patriā
dominūq; potentē iposuit leges precio fixit atque
refixit: gallorum captus spolijs & Cēsaris auro vt
Lucano placet. Grauiissimū quidē hoc crimen est
cum Aristotelis sentētia: amare patriā natura co-
gamur. Quid em sibi vult illud qđ Vlyxes ad
Itnacę saxa illa quidē parua & ignobilia nō secus
redire festiat atq; Agamemnō nobiles mycenās:
amor patrię id quidē facit. quā vel īta amplecta-

re vt bonorum exemplo eam opibus auctoritate dignitate iperio quod fieri pōt augeas. Sed quoniam natura libertatē omnes appetunt: quā est potestas viuēdi vt velis curādum tibi erit ne patria nostra a tyrānis opprimatur. PLA. Quonā tandem id fiet modo? COS. Si popularem rempub. qualis nostra cuiusq; propositū est nemini subesse velle iæqualitate & officio cōtinueris. Tria aut sunt ad id permaxie necessaria. libertas scilicet diuitiū virtus. Libertatē diximus potestatē viuēdi vt velis q̄ nequaquā seruis contingit. Huic vero duo genera hominū insidiātur: quorum alterum domi iterdum magna ipensa nutritur: alterum foris vel simultatiōe amicitie, vel fraudibus, vel virebus publicis semper aduersatur. Domesticos tyrānos eos appello qui ppter igentes diuitias quibus ad largitionē vtūtur i ciuitate sua primo quidem p̄cipatū obtinent: mox discordias ferendo; eo multitudinē traducunt: vt opera sua contra nobilitatem vtantur. Sumptis itaq; armis ac pulsīs optimatibus tyrannidē occupant. Veluti Philō apud argos Panctius i leontinis Cypselus corinthi, Pisistratus Athenis, Dionysius siraculis, phalaris agrigēri. Hoc autē ne cōtigat bono ciui curādum est. Bonū autem ciuē eum appello qui periclitāti patriæ cōsilio & manu opitulatur. Ceu hala Seruilius. P. Scipio. Nasica: qui oīm sententia sapiētissimus & optimus est habitus: maximus em̄ (vt ait Aristoteles) honos habere nō ei qui fu- Aristoteles.
rem occiderit: sed qui tyrānum vt publicum ho- les.
stem: quippe qui vt dñatū malis artibus partum retineat potentiores expellit: sapiētes necat commellationes & sodalitates vetat. Tollit gymnasia

De optimo ciue

& quicquid tale est vnde oriri inter ciues intelligi-
gentia & fides potest. Suae em̄ interesse putat: vt ci-
ues inter se q̄ maxime disiuncti sint. nam cognitio
fidem generat. Id autē ne fiat delatores submittūt
qui clanculum excipiant quid a ciuibus in coro-
nis dicatur vt hieron syraculis fecisse dicit & no-
stra ætate lodouicus melioratus qui ex arce firma
nos sagittis icesset: si eos quasi cōiuratores i co-
rona conspexisset. Præterea vero potentes cū pau-
peribus committunt: discordias serunt: populosq;
in continuis sumptibus & laboribus continent, q̄
Romę superbum tarquinium, athenis Pisistratum
in samo Polycratem fecisse legimus. Ciues enim
suos occupari continuis negocijs volunt ne deli-
bertate cogitēt. Ne igitur patria nostra talia mō-
stra aliquando sustineat Laurenticaue malosque
ciues & tyrannidē affectantes ab vrbe pelle mo-
re patria. Nolo quemquam interficias nascam i-
mitatus: nisi aperte in coniuratione deprehensus
fuerit. Ciuitas em̄ nostra atheniensium morem i-
mitata dominatū affectantes: aut in exilium mit-
tit aut ad tempus relegat. legibus itaq; nostris &
moribus tibi vtendū cēseo ne si secus feceris & de-
generare a maioribus nostris & ifamiā crudelita-
tis subire videaris. Externos autē tyrannos a cer-
uicibus patriæ facile remouebis: si eorum concilia
quā diligentissime obseruabis. Simulata em̄ ami-
cicia iūto fœdere: eo plerūq; populos deducūt qui-
bus natura hostes sunt vt vel spōte, vel coacti iū-
go seruitutis colla subiiciant. His igit̄ tm̄ fidei præ-
stabis quantum vira tyrannica exigat: iuigilabis
quene ciuitatem nostram imparatam offendant.
Id autem percōmode fiet si populos finitimos si

prīcipes fœdere & amicitia patriæ deuīxeris siue
 milites paratos ad oēs casus habueris. Ad hāc ve-
 ro rē pecunijs opuse est quę (vt demosthēi placet)
 reipub. nerui sunt: vt Aristoteli aut ita necessarēt:
 vt euerit popularis reip. statū necesse sit nisi ciui-
 tas suos puēctus, sua vectigalia habuerit. Faculta-
 tes habeāt ciues oportet: vt sit vñ resp. oportūe vi-
 res suscipiat. Hāc ob rē fortasse carthaginēsiū cō-
 suetudo i probāda nō est q̄ aliquē e populo ad pro-
 uicias gubernādas obeūdosq; magistrat⁹ semper
 mittebāt: qui dītor factus & cū reliquis ciuibus i
 pace viueret: & hēret vñ rēpu. iuuaret: quod ego
 cum reliquis ciuibus persæpe feci: dū grauissimis
 bellis nunc ab Alphonso Ferdinandoq; regibus
 multis annis premeremur. Virtutē autē his rebus
 cōiunctā esse oportet: sine qua certe integra fœli-
 citas haberi non potest: de qua & si vbicq; dicit ta-
 men suis locis & oportune ratio habebitur. Sed
 ad instituta si placet redeamus nisi qd ad hāc vul-
 ris. PLAT. Tu quem voles ordinē teneto nos at-
 tēte qd dicturus es expectamus. COS. Putare p-
 fecto (vt ait Plato) vnusquisq; debet omnia quę
 possidet eorū esse qui nos genuere: quicq; educaue-
 re secundo loco: eorū quibus cū geniti & educati
 sumus. Nam si cōtentio quædā & cōparatio fiat
 quibus plurimum debeamus post deūm & patriā
 sequentur parentes quorum beneficijs, & quidem
 grauissimis astricti sumus sequentur liberi fratres
 & bene conuenientes propīqui. Hoc etiā in man-
 datis habemus quo diutius viuas patrem hono-
 rato & matrem. Præterea vero qui dixerit fratri
 suo racha reus erit gehennæ. Virtutum enim o-
 mnium charitas ipsa (vt Ambrosio placet) fundas

mentum est quæ certe dirimi inter parentes & natos fratrumque inter sese sine nefario scelere non pōt. Nam cū a Pōponio tribuno plēbis dicta manlio torquato dictatori dies esset quod occasiōe bñ gerendæ rei excessisset iperñobtinendi legitimū tps. & quod optimū filiū ab hominibus relegasset & rure hñtare iussisset: filius adolescens prima luce Romā venit ad Pōponium: vbi negotiū adhiberi patri intellexit a quo statim intromissus quia existimare cōtra patrē aliquid afferre remotis arbitris gladium strixit, Pōponiumq; iurare coegit se patrē missum esse facturum. Plus em̄ mouit adolescentem pietas ī patrem quam in se patris morositas & iniuria. Coriolanum quoq; quem nec dñs, nec homines: dimouere ab obsidiōe vr̄bis potuerant sola mater lacrymabundum etiā auertit. Laudatur apud Maronem Aeneas quod patrem Anchisen humeris suis ab incendio liberauerit: nec improbat Scipio ille cui postea affricano cognomen fuit: qui patrem ticinum in prēlio vulneratum ab hoste seruauit. Prętor item mulierem ingenuam capite damnantam & ob eā rē necandam ī carcerē cōiecerat: pietatē motus custos nō modo statim eā nō necauit: verum etiā filiæ diligēter tamen excussē nequid cibi ad matrē ferret aditum prębuit: futurum existimans vt sine sua noxa mulier iedia conficeretur. Viuebat tamen illa vberibus filiæ alita: qua re cognita liberata mater filiæ pietati condonata est: carpitur autē neronis vita multis ī rebus: sed illud īter cætera scelera crimē ei obijcitur quod post habita pietate matrē agrippinā iterem̄it a q̄ pcreatus nutritus & ī tāto iperio collocat⁹ fuerat. Merito igit sceleratus

homo patriæ quā omni flagitio contaminauit, & matri contra quā vnice ipsius fuit pœnas tandem & quidem graues dedit. Post parentes vero secundo loco fratres habebis tertio p̄pinquos. Qui em̄ te saluū in omni fortuna quicq; dignitatē tuam augeri malit quā frater Iulianus adolescens insignis inuenies neminē: & ob eam rem cū cæteris antefendum arbitror Scipionis exemplo: qui cum p̄uinciæ cōsulibus decernerentur: maluit L. Scipioni fratri quā L. Lelio amicissimo Asiā cōmitti, neq; hoc quidem contentus se ei cum antea Imperator fuisset legatum pręstitit quo victor cum triūpho in patriam rediret. Quātum amauerim ego fratrem Laurentium cuius tu nomen obtines ciues omnes optimi sunt testes quanta item beneuolentia coniuncti fuerint inter se pater patruusq; tuus filiū mei dulcissimi te certe non latet qui eos in vita vidisti. fratrem itaq; imitatione nostri amato p̄pinquos non modo in precio habeto, verum eos quoq; consilijs tuis priuatis ac publicis adhibero. Verisimile em̄ eos tibi melius consilium daturos quam illos qui nulla tibi affinitate cōiuncti sunt. LA V. Sunt tamen qui amicitiam cognationi anteferendam censent. COS. Dicat Platina recte ne n̄ sentiant an secus? ego interim in sinistrū latus recumbā, cubitoq; innitar. PLA. Vulgaris hæc qdē opinio est & ab omni ratione remota. Qui em̄ fieri potest si naturę vim inspicimus & contēplamur: vt cuiusq; carior sit amicis quā frater bene conueniens? Ex eodem vero natus eidem hueribus alicus eadem disciplina imbutus non antefertur socio & amico. Frustra nos quidem germanos consuetudo appellasset. Frustra fratrem quasi

De optimo ciue

fere alterum M. Varro dictum putasset, si nō pluris fratrem q̄ amicū facerem⁹. Vnius P. Scipionis & q̄dem sapiētissimi exēplū sat tibi esse debet qui vt auus tuus pauloante dixit fratrem in honore C. Lælio anteposuit: sed perge Cosme si per commodē iaces. COS. Quoniā de Lælio nuper mentionem fecistis: videatis quēso quāti faciendā amicitia sentiat. Quid (inquit) stultius est: quā vt plurimum copijs facultatibus opibus valeas cetera parare quę parantur pecuniā vestes famulos gloria vasa preciosa, amicos nō parare optimā & pulcherrimā vitæ supellectilem. Vita em̄ inculta & deserta ab amicis nō potest esse iocunda. Tibi igit̄ Laurēti quę rēda ciuium oīm charitas est: humanitate, māiuetudine, comitate & gratia. Tot em̄ oculos, tot manus, tot animos habebis quot amicos. Rerū autē oīm (vt ait Cicero) nec aptius est quicq̄ ad principatū inter ciues tuēdum atq̄ tenēdum q̄ diligere nihil alienius q̄ timere. Vnde præclare ait Ennius quē metuunt oderint: quē quisq̄ oderit perisse expetit. Neq̄ certe vilius tāte sunt opes quæ odijs multorū possint obistere. Malus em̄ custos diuturnitatis metus est, vt idem M. Tullius affirmat contraq̄ beneuolentia fidelis. Nā mutua sint oportet beneuolentia & ostēdi & timere a quibus metu volumus: necesse est q̄ Dionysij superioris, Alexandri pherei, Phalaris agrigentini vita ostēdit: q̄ tādē oppressi vitā merito cū tyrānide amiserunt. Quis autē nō cēseat C. Calligulā, Neronē, Domitianū portēta illa iperij Romani iure cētos: cum eorū vita tota tyrānica esset, ī qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolētię potest esse fiducia. His autē suspecta sunt oīa & sollicitudine ple

na, cum nullus apud eos sit amicitie locus. Dices ta-
men eos coli simulatione dūtaxat ad rēpus. Ve-
rum si forte ut per sepe fit de gradu ceciderit, in-
telligēt q̄ fuerit inopes amicorū q̄ Tarquiniū su-
perbum dixisse ferūt: tū cum exul esset se intelle-
xisse quos fidos amicos habuisset: quosq̄ infidos
cum iam neutri parem gratiā referre posset. Ve-
rum quia ad amicitia fortunati cuius multi cōflue-
re solent: deligendi a te sunt qui ob sapientiam,
virtutem & integritatem amicitia tua digni ha-
beantur; quicq̄ merito boni viri appellari possint.
Neq̄ enim aliter vera amicitia dici potuerit, nisi
fuerit in virtute cōstantia ac perpetuitate funda-
ta qualis fuit illa Scipionis & Lelii, Orestis & Pyla-
dis, ac duorū Pythagoreorū Damonis & Pythiæ.
Hos vero si nimis exacte amicitie recōditq̄ exi-
stimas: delige ex ciuibus tuis q̄ ob virtutem firmi
amici stabiles & constantes futuri sint: tales autē n̄
erunt quorū vita oī ex parte p̄bata fuerit ne eos
amicos existimes qui voluptatū instrumēta sunt:
quicq̄ merito ob flagitia oīm seruorum turpissimī
sunt vernæ. Prius autē ex Isocratis sentētia diligē-
ter scrutabere qualis existimationis apud bonos
& rerū humanarū gnaros n̄ sint quos in amicitia
recepturus es. Nā eius ingenij per facile iudicabe-
re cuius illi fuerint quos tibi familiaritate & ami-
citia adiunxeris. Præterea vero si boni erūt horū
integritati te ac rēp. nostrā tutissime cōmittes: si ma-
li in te vnū oīs fere culpa vertetur: maxime vero
si qd detrimētī patrię nostrę istorum culpa accide-
rit. Bonos igit̄ delige ex omni numero, potissimū
autē ex nobilitate: & eos quidem doctos ac rerum
humanarū peritos ut dixi. LAV. Ego vero ex te

De optimo ciue

Libenter audirem quos nobiles & viri boni amicitia dignos censeas. COS. Scribens ad Q. fratrem Cicero de petitione consulatus de Antonio & Catilina loqueretur: nequaquam sunt (inquit) in tam genere insignes quam viri nobiles. Est enim nobilitas secundum Stoicos, splendor quidam ex propria virtute proueniens cui omnis generositatis palma tribuenda est. Quare mirari non satis possum quod Aristoteles homo omnium qui unquam fuisse sapientissimus in libro de reipublica, eos nobiles sibi videri dicat. Quorum maiores virtute & diuitiis aliquando floruerint: cum vera nobilitas, non aliunde quam ex ipsa virtute oriatur. Alioquin piratae & latrones ob diuitias hac ratione nobiles haberentur. Praeterea vero non est cur eos nobiles censeas: qui nobilitatem in desidia collocant. Nil enim agere post crapulam & ebrietatem: in purpura autem & subsellis viuere, sericatas ferre vestes, aurata calcaria, gematos habere digitos, comam bene pectere accipitrem circumferre, vnguentis sapere in nobilitate ponunt, quo certe nihil est a generositate magis alienum. Apud Romanos olim mos fuit ut equites propter rem in bello egregie gestam annulo fibula & armilla donarentur virtutis, non autem ignauiae monumenta & pignora. Iactare item res gestas maiorum, atria imaginibus referta, porticus signis ac tabulis ornatas edes constructas ostentare plus admirationis quam nobilitatis in se habet. Erunt tamen haec nobis adiumento: si maiorum nostrorum virtutem & animi praestantiam imitati fuerimus: secus vero decori ac turpitudini. Huiuscemodi autem nobilitatem irridens Diogenes ille cynicus philosophus, malitiae & ignauiae velamen esse di-

cebat. Quare M. Catonē priscum illum quem Cē
forinū vocarunt, nō genus, nō diuitiæ (tuscūlī em̄
natus est obscuro genere tenuicensu) sed eximie
pulcherrimęq; virtutes nobilitarunt. Idem de C.
Mario: tullo seruilio dici potest. Ipsam quidem no
bilitatem quadrifariam diuidit Plato. Primā au
tem ait eorum esse qui claris bonis iustisq; paren
tibus sunt orti. Secundam eorū quorum parentes
aliquando principes extiterē. Tertiā cum maiō
res nostri fama & rebus bello gestis, vel publicis
certaminibus parta corona claruerunt. Quartam
eorum qui præclara aliqua doctrina & animi ma
gnitudine excellunt. Hos autē vt vere nobiles ce
teris omnibus philosophus anteponit. Platonem
vero Aristoteles securus: eosdem scripsit sibi vi
deri nobiles, & virtutis studiosos in sola virtute
nobilitatē collocans. Seneca quoq; ad Luciliū scri
bens, idem sentire videtur. Num fuit inquit So
crates patritius non eques Romanus? hunc tamen
& Platonem philosophia non accepit, sed nobiles
reddidit: sola em̄ virt⁹ est quæ nobiles facit, quęq;
posterorū in nobilitate continet. Ex his igitur vt ex
generosa stirpe tibi amicos delige: quorū opera &
præsentia ad virtutē excitare. Habes donatū accio
lum: habes alemānum renocinū: aliosq; cōplures
quorum doctrina & peritiā publicis priuatissq; in
rebus vti arbitrari tuo poteris. LAV. Nō est (vt
video) præcipitandum in deligendis amicis adeo
ad viuū oīa refecas. COS. Immo vero cauendū
ne circūueniāre adulatione blanditijs assentatione
quorūdā leuiū hominū atq; fallaciū nil ad verita
tē sed ad voluptatē oīa loquentiū: qua peste nulla
certe maior adhiberi potest: his præsertim qui plu

De optimo ciue

Primum opibus & dignitate in aliqua præstati re-
valent. Nam quodcunq; dixeris fecerisue sine dis-
crimine laudant & assentando extollunt: vultū sin-
gēdo & nutū (vt ait M. Tullius) nō autem mētē &
voluntatē obseruādo. Legisti, credo Eunuchū Te-
rentij. Astat turba gnatonū: ait qs aiunt: negat qs:
negāt his quæstus apud quosdā nō bene institutos
est multo vberimus. Hoc autē facit assentatio il-
la pernicioſa vt cū postea verū quis dixerit id au-
dire fortunati isti nolint. Illo enim veneno imbuti
cū se plusq; cæteros sapere arbitrant̃ bene admo-
nētium cōsilia & sententias cōtemnunt: coruis (vt
aiunt) oculos etiam invita præbētes. Astant: illi as-
sentant̃, assident mirant̃: nec verbū vllū p̃fers qđ
nō ponderet̃ ad eorū ne lucrū faciat. Præterea ve-
ro quæstus gratia omnes animi affectus qđ qui-
dem difficile videt̃ inuertūt (vt Satyro placet) Ri-
des maiore cachino cōcutiſ, flet si lachrymas con-
spexit amici. Assentatores em̃ (vt Aristoteli pla-
cet) sordidi humiles ac seruilis cōditionis sunt. Tu
vero Laurēti vt bene institutū cluē decet ab his il-
lecebris animū ad rationē traducēs ex thaletis mi-
lesij sententiā teipsum cognosce. Hac em̃ ratione
perfacile intelliges, verū ne sit qđ isti de re prædi-
cāt. At vero si mihi obtēperaueris illos poti⁹ am-
plectere: qđ cū erraueris monere te prudēter & mo-
deste audēt. Hac autē libertate loquendi fiet, vt si
qñ qcq; in consultationē venerit, habeas qđ tibi ac-
reip. intrepide sententiā explicēt. Præterea ṽo si vi-
ros p̃claros & veridicos habueris: adultores ipsos
ignominia notatos in malā rē statim abiges. L A V.
Recte admones Cosme: nec hoc genere hoīm nr̃a
ciuitas caret. Ad cætera nisi qđ ad hæc vult Platina

pgam⁹. PLA. Est aliud gen⁹ hoīm huic haud mul-
 tū dissimile: hoīm gen⁹ dico execrādū & bonis p-
 niciosū, cui⁹ fallacīs & maledicētia ī maximū dis-
 crimē adductus interdū sum. Hos delatores vul-
 gus appellat. COS. Bene admones Platina, & ita
 est vt dicis. Inserūt sese perniciosi delatores in tur-
 bam hoīm: benigne primo vnūquēq; alloquuntē
 & tanq̃ aucupes ꝑ bis qbusdā hoies in eos sermo-
 nes alliciunt, vnde calūniæ colligi possint. Quid
 quisq; dixerit obseruāt nōnulla sponte sciscitantē
 veluti rerū ignari quo mētes hoīm & consilia ex-
 actius percipiāt: ac taliū rerū studiosis deferāt. Hic
 autē ciuiū similitates odia discordiæ tormēta sup-
 plicia cēdes exilia oriunt. Hinc rapinę ex dānato-
 rū bonis, hinc postremo vrbiū interitus bonorū
 oīm calamitas adeo hoc venenū percōmode au-
 ribus hoīm instillāt, eosq; quoquo volūt īpellunt.
 Apud Adrianū imperatorē alioquin bonū prīci-
 pē adeo valere delatorū voces vt quosdā ami-
 cos ad dignitatē antea euectos, deinceps hostium
 loco habuerit. Vendidit Platonem Dionysius ho-
 minē sane diuinum cōcirato delatoribus odio. Mo-
 ri a ciuibus suis coactus est Socrates malorum ca-
 lumnijs: vir autē doctissimus atq; innocētissimus
 Boetius Theodoric regis iussu instigātibus dela-
 toribus patria ac vita priuatus est. Domitianus ve-
 ro inter imperij monstra cōnumeratus hac in re
 solū respicere visus est q; delatores cōtempserit &
 ab vrbe expulerit, hanc vocem frequenter vsur-
 pans delatores qui nō castigat, irritat. Quales igi-
 tur estimandi sunt n̄ quos etiam scelestus impera-
 tor odio habuit? Ac merito quidem. Contra su-
 perbos enim iracundos, violētos, fures, prēdones,

De optimo ciue

ficarios, inuidos sunt nobis inuenta remedia: contra hos vero nullū cū versuti quidē vafri subdoli fallaces sunt, ac prius te opprimant q̄ tale aliquid tibi inuenturū suspicari possis: qui locus innocentie vbi isti regnant feris peiores: cū societate humanā quā nihil in vita melius est maledicentia tollunt. Detrahēre em̄ (vt ait Cicero) aliquid alteri: & hominē hominis incōmodo suū augere cōmodū magis est contra naturā q̄ mors, q̄ paupertas, q̄ dolor, q̄ cætera quę possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. cōtēnendi ergo & pellendi n̄ sunt vt sacrilegi & perniciosi: vt furia phlegetonis: & quid quisq; dicat considerandū de quibusue dicat. Hac em̄ ratione ciuitatis nostræ quieti & incolumitati consules. L A V. Multū tibi debeo Platinā: & qui auū meū admonuisti, vt mihi antidotū daret contra venenatas delatorum voces. P L A. Omitte ista Laurenti: nil mihi ob hāc rem debes. Debebis tamē si mādātā cōsmi obseruaueris: debebunt & ciues tui, si per te hac peste caruerint. Sed audi quæso q̄ atus deinceps dictaturus est. Vultum (vt mihi quidem videtur) cōposuit, hilariorq; q̄ vnq̄ antea factus est. C O S. Quasi vero soli poetę & non etiā reliquū genus hominum vultum rebus, de quibus dicturi sunt accōmodēt. De humanitate dicturus comitatum frontē ostendere necesse fuit. P L A. Recte sane: ex Horatij sententia. Sed perge: nā & nos quoq; frontē porreximus adeo tui studiosi sumus. C O S. Scribens ad Q. fratrem Cicero hominem admonet, vt in gubernanda puincia ante oīa facilitate vtatur in adeundo, lenitate in respōdendo. Nihil est em̄ qđ æque ciuē charum oībus faciat, & popularem quam ipsa co-

miras:cui nō sine causa bonitas liberalitas & amicitia cōnexę sunt: quibus profecto ex rebus cōciliari hoīm beniuolētia solet: vt cōtra morositatem duritatem & acerbitatem amittit. Verū est certe qđ Cyrum dixisse aiūt: iocūdiora multo acceptiora, que hominibus videri in optimo viro humanitatis q̃ belli opera. Bella em̃ plurimū mali intulisse mortalibus humanitatē vero plura bona īportasse ætate quidē nostra plurimū bello & gratia valuit Frācisus Sfortia Mediolani dux: sed eū plus iuuit ad principatū cōparādū humanitas q̃ bellū: qua ī re ego quoq; ī more spū. nostra hominē iuuit partī eius comitate mota, partī nē trāspadana Italia ī potestātē Venetorū cū nostro magno malo deueniret. Nā si īsubriā occupasset: ī nos quoq; aliquādo arma mouissent: adeo natura sunt domnādi cupidī. Hoc igit patriæ magis quā Francisco tribui. Tātę vero humanitatis fuisse C. Cæsarem legimus ante prīcipatū: vt & ipse ciues in cōuiuiū sæpius adhibuerit & iuitatus illorum mēsas nō sic aspernatus. Laudat cōmessationes publicas Plato ad cōciliandā hominū beniuolentiā inter se: cuius quidē præcepta pleriq; imitati adeo multitudine hac comitate delinūere vt eius opera postea ī maximis rebus atq; optimis sint ṽsi: vt ītelligas totā hanc popularitatē ad vtilitatē reip. nō ad priuatū cōmodū spectare debere: licet ipse C. Cæsar lōge aliter senserit regnādi causā quā quidē cupiditatē ita velī a te reñcias Laurēti vt perniciosam & terribilē pestē: ne te aliquādo īficiat. Prīcipū exempla de humāitate tibi ppono quo ciuibz tuis charior acq; gratior sis: maxie vero qñ magistratū in ciuitate adeptus fueris qui ipse per se homini-

bus terrori esse solet. Memineris quæso vocis illius diuinæ qua vsum Titum imperatorem ferūt. Velle quidem se talem priuatis exhibere quales sibi priuatos habere cuperet. Vt enim nihil perniciosius est quod odio haberi: nihil vtilius quod diligere & amari. Quod certe humanitate, lenitate, facilitate, comparatur. Nam ut superbia ræpu. labefactat, ita humanitas labefactatam aliquando confirmat: ac hominum contumaciā ita interdum frangit ut ad sanctitatem male sentientes traducat. Blæde quidem post iniurias acceptas tumultuantem populum & seditiosum Moyse appellabat, in laboribus solabatur: delinibat oraculis, rebus fouebat, & ob eam rem postea supra omnes homines sapere existimatus est. His enim artibus plebis iudaicæ mentes adeo sibi deuinxerat: ut eius amplitudinem magnitudinis gratia plus diligeret: quam pro rebus gestis admiraretur. Dauid autem ob placabilitatem iuuenis etiam ad gubernandum populum vno omnium consensu electus est: adeo ut parentes cum filiis suis filij parentibus in amore præferrent: cum ad vtilitatem hominum potius quam dominandi cupiditate sumplisse regnum videret. Nam tumultuante populo cadē veritus ob sæuitiā Saul maluit in Hebron exulare: quam hierosolymis imperare tanti faciebat populi salutem cuius gratia regna & magistratus instituti sunt. Quāto vero magnis ciuibz superbia interdum nocuerit M. Drusi tribuni plebis impotentia declarat: quod L. Philippo consuli quod se concionantem irerpellauerat adeo collum itorsit ut multæ naribus eius cruor eruperit. Idē quoque cum senatus ad eum mitteret ut in curiam veniret quare non potius ipse (inquit) in curiam Hostiliam propin-

Moyse

quā rostris id est ad me venit? Tu itaq; bonos viros imitatus facilē te accedentibus præsta: dicētes benigne audi interrogantibus comiter responde petētibus honesta præserti obtēpera. LAV. Qd de humanitate dixisti admodum laudo: & ita vt iubes me facturū repromitto: sed vereor ne iterdum ob facilitatem cōtēnar. GOS. Ego vero huic tamē facilitati grauitatem adiunctā veli propter temeritatem & ambitionem quorundam omnia sibi licere sine discrimine arbitrantium. Hos autē cupiditate & appetitu omnia metientes facillime propelles si ea in te fuerint ornamenta quæ in optimo ciue esse debent præesse namq; ciuibus sua nō debet qui non didicit prius qua id ratiōe fiat: quod quidem studio diligentia doctrina vsu cōparatur: vt itelligas te, nō ad ociū sed ad negociū, non ad somnum: sed ad solertiam, non ad voluptatem, sed ad modestiam, & cæteras animi virtutes spectare oportere. Facile nimirum contemnunt, qui nihil virtutis, nihil aī, nihil neruorū habent: quicq; nec sibi, nec alteri possunt: vt dicit. Cōtra vero i admiratione oīm sunt qui anteire cæteros virtute putant: atq; his vitijis carere quibus alij nō facile possunt oblistere. Hos præterea admirant populi, hos amāt, hos colūt vt semideos. Fieri em̄ nō potest vt eū q̄s cōtēnat quem viderit curare eniti: vt oēs ciues quā beatissime viuāt. Nā q̄ dat operā vt ex æquo & bono suū q̄sq; teneat, q̄q; omni diligētia & studio curat: vt ciuitas moribus industria gloria facultatibus augeat: is certe admirationē oīm & laude dignus est. Graue em̄ pondus est qd optimus ciuis humeris sustinet florente scilicet secūda fortuna ciuitatē cōseruare: & si qñ

De optimo ciue

acciderit eiusdem calamitates atq; pericula propulsare. Hanc itaq; ob rem (vt dixi) fuere qui hos semideos appellarēt. Quid em̄ vtilius dari ciuitati pōt? Quid fructuosius q̄ ciuis bene īstitutus? Qui sciat oīo prudēter ac modeste agere: iustitiā colere: liberalitate vti: circūuentos defendere: opem amicis ferre: prēmia virtuti tribuere: prodesse q̄ plurimis. His autē virtutibus qui septus est nō vtiq; a ciuibus contēnitus: nō a flagitiosis iūria afficitur. Nam cū metellus repetundarū accusatus causam diceret: & tabulæ administrationis inspiciendæ iudicibus traderētur: oēs certe qui rū aderant auertere oculos īdignū rati chartæ & nō integritati eius fidē præstari: cui populus Romanus tantā prouiciā cōmisisset. Tutā autē esse virtutem & integritatē non modo apud ciues verum etiam apud hostes declarat P. Aphricāi maiestas. adhūc em̄ visendum cum prædones quidā linternū venissent positis armis virtutis eius admiratores nō vt hostes se accessisse dixerunt quibus certe aphricanus facilē se prębuit. At illi venerati limen domus tanquā aram & deosculata manu Scipionis positis añ vestibulū donis læti discesserunt. Hac itaq; ratiōe laurenti comitatē ad quā te prius adhortatus sum tutiorem grauitas & cōstantia reddet. PLAT. Recte sane admones. Sed dic quæso hæc ne maiestas respicit? COS. Cōtra ābitionē & arrogātiā duo grauissima mala plurimum certe valet: iustitiā siquidem & fidem e medio tollit nimia principatus ambitio. vnde præclare scriptū est apud Platonē similiter facere eos qui iter se cōtēderēt vter pōtius rēpu. administraret vt si nauis in periculo certarent quis eorū potissimū gu-

bernaret. Quid sit imperia non sunt expetenda
(ut ait Cicerō) aut potius nō accipienda iterdum,
aut deponenda nonnunquam, vel si tantū pōdus
suscipitur oīs ambitio & arrogantia vitanda est:
ne si elati nimīū videbimur ob delatos honores
beniuolentiā omnē ex aīs hominū abradamus
quæ non iminūda fastus sed augēda est clemētia
& humanitate. Exrant autem senatus verba ad au-
gustum. Cæ. per virum illustrē Valerium messa-
lam. Quod bonum (inquit) faustumq; sic tibi do-
mūq; tuæ Auguste senatus cōsentiēs cum popu-
Ro. te patrem patriæ consalutat. Hanc vero glo-
riofam salutationē augustus nequaquā insolenter
accepit: sed illachrymans ob pietatē & gratiā sena-
tus erga se: respondit. Cōpos factus votorū meo-
rum patres conscripti quid habeo aliud quā deos
immortales precari: ut consensum vestrū ad vl-
timū vitę finē mihi perficere liceat. De hac itē re
scribens ad generū augustus vides (inquit) mi a-
grippa cōmunē seniorū oīm cōsensum erga nos.
Tertium & sexagesimum annum euasimus. Deos
oro ut quantū mihi tēporis superest: id salubriter
ducere liceat ī statu reipub. fœlicissimo. Nondum
em̄ ad vnum oīno īperium Romanum venerat.
Hic cœpit initiū: maluerē ei ciues ad vnū deferri
oīa quā totiens bellis ciuilibus & quidem cruentis
vexari. Cōtinuit itaq; hac ratiōe multos ī officio
Augustus adhibita etiā maiestate ne ambitioē &
arrogācia quicquam pręter honestum sibi licere
arbitrarent: eadē quoq; modestiā vsus est M. An-
tonius quem mirari (ut aiunt scriptores) quā lau-
dare facilius est. Hic em̄ filium senatui commen-
dans omīssa arrogācia & elatione commendat.

De optimo ciue

tur(Inquit)si vobis & dijs immortalibus dignus erit ob modestiam vero vt in antiquitate iudaica legimus præfecturam recusabat Moyſes at eā dominus ſuſcipere coegit:Saul quoq; regni gubernacula abnuebat.demum vero ſubmittere collū iugo cogitur. Horū autē admoddū diſſimilis fuit Abſalon Dauid regis filius qui ambitioē & largitione potentiam quærens patri etiā arma palā intulit. Ad compescendam autem hāc immanem beluā quæ fratrem in fratrem concitat filiū in parentē, cognatos & affines inter ſe degladiari fecit:legem ambitus quæ poſtea amiſſa libertate reticuit Romani veteres ſanxere:qua certe ardor ille iſperandi mentibus hominum inſitus cōprimeretur primumq; locum in libera repub. ille obtineret qui ſeiret cupiditatibus ſuis iſperare refrenare libidines ſpernere voluptates iracundiā tenere auaritiā coercere cæteraſq; aī labes repellere. Retiuit poſtea ſanctiſſima lex dum ad vnum oīa referuntur. Tu vero laurenti grauitate tua & conſtantiā ſi voles, velle autē debebis vbi ad ætatē veneris ira petulantium & ambicioſorum audaciā cōprimes vt non magnopere lex de ambitu deſideranda ſit. Lau. Credo hercle ita eſſe: & huic mandata facile aſſentior. Sed dic quæſo ſi hoc agā quid præmiij magis erit mihi in libera ciuitate:quā cuius e populo(COS. Si cuius bono de referēda gratia cogitandum eſt non eſt fraudandus ſuo merito bonus ciuis & ille potiſſimum qui non de vno rātum ſed de pluribus benemeritus eſt. Huius autem præmium non erit aurum, non gemmæ, non puellæ captiuæ(vt eſt apud Homerum)ſed vera & integra gloria quæ eſt (vt ait M. Tullius)conſen-

Moyſes recuſat præfecturam.

lex de ambitu.

Vera & integra gloria hic diſſinitur.

tiens laus bonorū incorrupta vox bene iudican-
 tium eccellente virtute. Quod autem frigora ca-
 lores iedia vigiliæ laboreſq; cæteri non æque gra-
 ues his sunt, qui rem optime gubernāt ac priuato
 homini facit ipsa gloria qua maxime boni ciues
 alendi sunt. Hæc autem ob rem trophæa triumphī
 statuæ coronę laudatiōes tum in vita tñ in morte
 sunt iuente. Addo etā historiā & poesim ac musi-
 cam qua i cōuiuijs ad cytharā heroū præclarę res
 gestę canebāt heroū dico quorū tota vita i virtu-
 te & non i ostentatiōe locata erat. Præclarę certe
 societates hæc viam ad gloriam proximā & quas-
 si compendiariam ducebāt si quis id ageret vt ta-
 lis esset qualis haberi veller quod si quis simula-
 tione & ficto non modo sermone sed etiam vultu
 stabilem se gloriam consequi posserentur vehe- Qui ostē-
 mēter errāt. nā vera gloria alte radices agit atq; ratiōe vsq;
 etiam propagatur ficta oīa celeriter tāquā floscu- sunt.
 li decidunt nec simulatū quicquā potest esse diu-
 turnum. Testes sunt autē saturninus tribunus ple-
 bis. Sp. Melius gracchi duo M. Drusus quorum vi-
 ta tota in ostentatione fundata erat. Aliud enim
 præ se ferebāt vultu ac verbis aliud fixum in men-
 te gerebant. Vera certe fuit L. Bruti gloria Q. Fa-
 bii maximi. Pauli æmiliij P. Scipionis qui nihil a-
 liud cogitarunt i vita nihil egerūt: nisi quod præ-
 clarum & laudabile pro salute oīm & dignitate
 patriæ videret: pro qua bonus ciuis si opus fuerit
 nō dubitet mortē oppetere. Is igitur sit vnicus bñ
 meriti de rep. cibus: quo veli ita pascere vt i vis-
 ta ciuili nil mai⁹ aut āplius tibi sit regrēdū. PLA.
 bñ hercle suades Cosme laurētij em ad laudē ad-
 hortaris: optia ad capessēdā virtutē calcaria. Ve-

De optimo ciue

rum si quid habes vltcrius quod adoleſcēti pro-
futurū cēſeas id quoq; diſſere. COS. Habeo certe
nonnulla quæ & ſi parua videbuntur ac priuata
magis quā publica tamen cōrēnenda nō ſunt. per-
tinere em̄ ad dignitatē præclari & excelsi ciuis cre-
diderim laxius & magnificentius habitare. Nam
ſi magnifici ciuis eſt muros vr̄bis naualia, ductus
aquarum, theatra, porticus phana oīaq; oīno quæ
ad cōmunē vſum ciuitatis pertinent ſtruere, quid
eſt cur ædes ſibi magnificentiſſimas ī præclaro ci-
uitatis loco non ædificet? Præſertim cum id etiā ad
ſplēdorē & dignitatē ciuitatis pertineat. Cn. qui-
dem octauio: qui primus ex illa familia cōſul fa-
ctus eſt: honori fuiſſe M. Tullius refert quod præ-
clarā ædificaret ī palatio & plenā dignitatis do-
mum: quæ cū vulgo inuiſeretur ſuffragata domi-
no nouo homini ad cōſulatū putabaſt. Ornāda eſt
itē (vt idē ait) dignitas domo nō tota tñ ex domo
quęrenda ne ī cemento & lapidibus veram glo-
riā repoſuiſſe videamur. Sic laxa & amplā vt pri-
uati ac publici hospites magnifice & honorificē-
tiſſime ſuſcipi poſſint: quod ego quoq; feci non in
vr̄be ſolum verū etiā in agris vt videtis. His tñ
ſumptibus modus qdē iponendus eſt: ne ſi laxius
ædifices ſuſpitionē affectari p̄cipar? inñcias: ſi an-
guſtius aut vilius auaritiæ ac quidē ſordidę crimē
incurras. Domus autē ſplendidi viri ſecundū Ho-
merum non ex auro ebore argenteo: ſed hoſtium
ſpolijs ornāda eſt. Illa em̄ ornamenta deliciarum
& muliebris laſciuiæ plena ſunt: a gbus certe tanq̄
a Syriſis ſcopulis bonū ciuē decliare oportet. Ex-
ornat idē homer⁹ mollis & effemīati Menelai do-
mū ex ai ei⁹ ſnīa. Describit præterea hortos pheæ-

Ex cemen-
to & lapi-
dibus glo-
ria.

cum calypsus domum, ac circes, vt ex tā accurata
pictura mores quoq; incolentiū cōprehendī pos-
sint. Boni igit ciuis ædes ita magnificę & splendi-
dę sint: vt nil effœminatum nil muliebri pręse fe-
rant. PLA. Magnā certe laudem hac in re Cosme
cōsecutus es: nemo em̃ non dico in vrbe tua, verū
in tota Italia magnificētius te ac splēdidius cōdifi-
cauit: cernunt tot monastēria, tot bibliothecę, tot
ædes tua impensa ædificatę & ornatę vt nil vlte-
rius ad hanc magnificētiā operum addi posse vi-
deat. COS. Feci id quidem vt dicis, tum ad splen-
dorem vrbis, tum etiam vt rem diuinā excolerē.
Hoc autem nostrum institutū velim imitere Lau-
renti: & si quid inchoatum a me est nec perfectū,
id tādē absoluas. LAV. Faciam id quidem. Sed
ne excidat qđ anrea pposuisti: quęnam quęso illa
sunt quę parua esset dixisti? COS. Quęrēs Lycur-
gus oīa q̃ ad mores laconū pertinerent primus ex
creta: vel (vt alij volunt) ex ionia homeri poesim
in grāciam detulit: cuius exemplo, tum multa, tū
communia quę illi phiditias cœnas vocant: insti-
tuit non defluentes varietate & luxu: sed modera-
tione & mediocritate conditas: victum cultumq;
corporis non ad voluptatem sed ad valetudinem
& vires referendum esse. Nam qui naturę huma-
nę dignitatem & excellentiam considerat, intelli-
git quam turpe sit diffluere luxuria & delicate ac
molliter viuere: quāq; honestum parce continen-
ter se uere ac sobrie. In ea vero discepratione quā
inter Alexandrum & Diogenē aliquando ortam
scribit dion Vexari humanum genus ab aliquo
quatuor dēmonum ostendit, quorum illum cer-
te secundum appellat qui voluptati sacrificia de-

De optimo ciue.

fert, & deam ipsam colit odoribus varijs ac saporibus gaudentē. Hic autem dēmon (vt idem affirmat) auditū, gustū, tactū quouis modo potest mirifice deflectat, balnea frequentat, molles vestes, & laboratos accubitus amat, muliebres amplexus expectat. Hęc dea nimirū est ipsa circe quę socios Vlyssis in porcos mutauit: ii vero dēiceps vt timidi & infracti animi publicis ac priuatis ī rebus inutiles habent. Seruanda igit in victu cultuq; corporis mediocritas est ob modestiā & valetudinē: qui em̄ heri potest vt delitijs assueti ciues vbi opus erit famē sitim frigora æstus, atq; alia incōmoda prorep. patiant. Concidant certe animis & corporibus: ī quouis etiā paruo negotio oportet qui sardanapalos, antonios, heliogabalos, caracallas, othones, diffluētes libidine & luxuria imitantur. C. vero Cęsaris modestia & sobrietas vt nosti ab hostibus etiā laudat. Hic em̄ in ordinanda ciuitate legē sumptuariā tulit, ne ciuiū mores nimio luxu corrūperent. Videbat em̄ vir sapiētissimus nil esse qđ animos hoīm æque fatigaret q̄ libido, & circūsedētes vndiq; voluptates. Ab his igit vt ab improbis dominis dedecoris & turpitudinis se vindicēt optimi ciues necesse est, vt cū libidinibꝰ ipsi parere desierint p̄cesse alijs merito videātur. Nihil est autē qđ magis auctoritatē boni ciuis augēat, q̄ si ostēderit se nil minus q̄ de voluptate cogitare. Eius em̄ mens tota in virtute collocata esse debet. PLA. Vt mihi qđē videt, nil ocū, nil quietis Laurentio nostro relinquis, adolescēs est quiescat interdū oportet. COS. Dormiēdū nō esse nisi corporibus, labore & solitudine defatigaris ad recuperandas vires censuit Socrates: & si alicui pa-

rum dormire licet: cui magis id conueniat q̄ optimo ciui non video. Aristoteles autē in libro quē de moribus scripsit bonos a malis mīseros ab infōelicibus in dimidio uitę p̄pter somnū nihil differre ostendit, cū fōlicitas hominis in actione, non autem in ocio & somno reposita sit. Volo quiescat, non marcescat ocio. Volo dormiat, nō stertat ad multā noctē. Præterea vero ludos decētes ac liberales animi gratia post cibū ei concedo: & quando ad hæc parua descendimus, nō pudeat dicere qđ sentio. Ludus sit tessera chartę pictę, latrunculi, aluolus: sed absit inter ludendum oīs fraus & auaritia, qua fieri indecens cōsuevit: & ita interdū cōcitari ludentium animus, vt ex ludo ad conuitia & cōtumelias transeant. Omnem em̄ aleatorem mendacem periurum alieni appetentissimum sui prodigum esse oportet: qua ex re in furta plerūq; & rapinas passim dilabunt. Hos autem quanti fecerit chilon Lacedæmonius attende. Is em̄ iungē dę societaris causa Corinthum missus cum princeps ciuitatis in alea occupatos inuenisset statim īfecto negotio rediit, dicens se nolle gloriā Sparta norū: tum quidem clarescentē, ea maculare infamia, vt diceret Spartanos cum aleatoribus societātē inīisse. Hac vero in re ideo lōgiqr fui qđ nostra ciuitas vt mihi videt̄ hac infamia nō caret. Quā feruēt interdū gymnasia ludētū varijs in locis, nō sine stomacho loq̄ possum. Verū tu Laurenti qđ ego sæpe conatus sum si tibi licebit interdicto, & lege hanc corruptelā e rep. auferes, ne aliquando ciuitas nostra hac ignominia vt Corinthus a Chilone notari possit: loc⁹ postremo q̄ in v̄bis est modo careat scurrilitate & rusticitate, cōdiculq; sit fa

De optimo ciue

cetis & salibus inter amicos: præsertim non erit improbandus. Is enim iocusq non illiberalis est, mē tē nō recreat ac reficit: verum etiam ad dicēdum & respondendum ingenium acuit. Augustus Cæsar seruato semper maiestatis pudore iocis ipsis mirifice delectatus est. Vt illud in vatiniū podagre morbum dissimulare conātem: afferentemq se iam mille passus per diem ambulare. Minus (inquit) mirum est: cur iam dies longiusculi esse incipiant. Nomenclatori cuidam natura obliuiofo in forum ituro percōtanti: nunquid in foro agi vellet? Cōmendatitias ait literas tecum perfer: notū em̄ ibi nullum habes. Cum vero idem forum extrui iussisset architecti tarditatē accusas qđ eodē tempore a Cassio se uero plurimi accusati absoluerent. Vtinā (inquit) forum meū accusaret Cassius: citius em̄ absolueret. Hoc autē genere vrbانيتatis nō caret nostra ciuitas qđ certe ingenue & liberaliter afferri potest, si tēpore & remisso fiat animo. Scurras vero gnatores, mimos om̄ino abs te reijce cū dignitatē optimi ciuis obscōnitate verborum & turpitudine indecentes motus ac gestus dedecorent. Quæ potissimū ad optimū ciuē pertinere mihi visa sunt hætenus scripsisse sat erit: deinceps vero & cras si vultis quid bonis ciuibus cū populo cōueniat dicat. PL A. Copiose sane & grauiter oīa dixisti. Sed vno sermone si potes hoc præsertim die oīa absolue. Idē em̄ Plato fecit. Nā omnē orationē de legibus vno cōstiuo die perorauit. COS. Sequar ego vt vultis diuinū illū virum.

De optimo ciue liber secundus ad Laurentium medicem incipit.



Ed vis ne quoniā iam ad uesperāscit,
& valetudini ac senectuti tuæ consu-
lendū est locum mutemus ne riuu-
li humiditate ledare qđ fieri uesperā
cōsueuit. COS. Volo sane. PLA. Ad
illā porticum p̄ficiscamur, quæ ad orientem solē
vergit, respicitq; colles istos vitibus & oleis con-
sitos. COS. Sane quidem: illa em̄ porticu libentissi-
me uti soleo, siue quid ipse mecum cogito, siue cū
alijs de rebus magnis loquar, adde qđ etiā villę p-
pinqua est, vnde acciri serui p̄cōmode possunt,
si eorum opera indiguerim⁹. LA V. Vis ne ante
quam iam ventum ad porticum est aliquid tibi
substerni, ut cōmodius iaceas? Non em̄ hic herba
est ut in ripa tertiolæ. COS. Si vis aliquid de me,
te ac rep. nostra dignum audire, fac ut cōmode ia-
ceam. LA V. En tibi pulchre pauimentum instra-
uimus, lecticāq; composuimus. Cōsidamus si pla-
cet, atq; ad eam partem sermonis a qua digressi su-
mus, reuertamur. COS. Præclare exigis Lauren-
renti, ordiar ego, tu audi, si quid exciderit in men-
tem reducet Platina. PLA. Faciam id quidem ac
libens. Ita Laurentiū nostrū tua oratione p̄do-
ctum fieri cupio. COS. Fieri oīa fortuito & teme-
re Democritum philosophum, eiusq; imitorem
epicutum asseruisse mecum sæpe mirari soleo: ma-
xime vero qđ intelligo ipsum pythagoram, vnde
& philosophorum sectę manarunt deos antea in-
dubium vocasse: hūc autem postea securus est dia-
goras atheos qui omnino eos exclusit sponre oīa
fieri confirmās. Sed quonam modo fieri potest, ut
philosophiā p̄fiteres, in tantos tāq; manifestos er-
rores incidant. Cum eorum p̄prium sit rerū cau-

De optimo ciuē

fas & rationes afferre. Quāto melius sentire Sroici: vt in alijs causas pponunt sic quoq; nec fieri mū dum potuisse affirmant, nec cōstare posse nisi summa ratione regeretur. Vnā mentē p̄cesse mundo qua gubernent oīa testatur Plato, q̄ plura vidit q̄ illi hallucinātes philosophi. Ad hanc autē opinione se vertens humanū genus nihil agere tentat sine ratione: modo sit aliqua prudentia imbutum quæ est (vt idē Plato in legibus ait) ceterarū virtutē magistra: hac vero q̄ munitus est, nō satellite indiget, nō armis. Vera est p̄fecto illa Bionis sententia, prudētiā ipsam rātū differre a cæteris virtutibus quātū vilis a relijs sensibus. Quid autē deest prudētia siue se potest homini i quo sit prudētia ad bonorū malorūq; delectū? Hęc em̄ ita est ars viuēdi vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio. Vexatur ac merito qdē Theophrastus in libris & scholis oīm philosophorū q̄ in Calisthene suo illā laudauerit sentētiā, vitā regit fortuna: negant em̄ ab vllo philosopho quicq̄ dictū esse lōge alienius, cū cōstet cælū & homines sapiētia regi. Est autē sapiētia (vt veteribus philosophis placet) diuinarū humanarūq; rerū cognitio: quā quidē Cicero, nunc prudentiā, nunc sapientiā vocat. Hanc itaq; sapiētiā qui aspernatur: qd a brutis differat nō video, cū sapiētia ipsa virtutū oīm princeps sit, & qdam quasi irriguus fons: vnde omnes bene viuendi rationes manant. Hinc orta est Platonis ingenij atq; doctrinæ principis diuina illa sententia, tū deniq; beatas fore respub. si aut docti & sapientes homines eas regere cōpissent, aut ij qui regerent omēs suum studium in doctrinā & sapiētia collocassent: hanc coniunctionē, videlicet potestatis & sapien-

Dignissi-
ma de vir-
tute pru-
dētia siue
sapiētia.

Veri re-
ctores rei-
publicæ.

tiæ salutem censuit ciuitatibus esse posse, si is summā potestatem haberet qui in doctrina virtute prudentia studiū omne suū collocasset, qualē fuisse Romæ P. Scipionem, C. Lælium, M. Catonem accepimus Lyncurgum spartæ, Solonem athenis. Pythagoras etiam qui primus philosophi nomē inuenit crotonem, legibus optime instituit. Viris em̄ fortitudinem proposuit, mulieribus pudicitiam & cōnubij fidem, pueris verecundiam, & literarum amorem omnibus frugalitatis studium. Thebanum quoq; Epaminundam ad hos vsus erudit Lysias, Pythagoreus, Syracusanum, Dionem, Plato, multiq; multos tantum valet sapientiæ studium: quam Aphranus vsus esse memoriæq; filiā ostendit his verbis. Vsus me genuit, mater memoria peperit, sophiam vocant graeci nos sapientiam. Interrogatus autē Aristoteles quo differrent docti ab indoctis, quo (inquit) viuentes a mortuis philosophiæ igitur danda opera est, qua nil optabilius, nil præstantius, nil melius esse homini potest, cum eius custos sit, & naturæ humanæ comes adiutrix. Verum est certe qd̄ M. Tullius ait: ex quatuor locis honestis illum qui in veri cognitione consistit, maxime naturā attingere humanā. Omnes enim trahimur ad cognitionis scientiæ cupiditatem in qua excellere pulchrum putamus, labi autem errare nescire decipi malum & turpe ducimus. Vt em̄ quisq; maxime prospicit quid in quaq; re verissimum, quicq; acutissime & celerrime potest videre & explicare rationem: is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. Nam sicuti prudentia facit, vt res omnes experēdas & fugiendas cognoscamus: ita sapientia ne omnino idem esse cū

De optimo ciue

prudētia videat, principium est cognoscēdi res omnes exactissime cōtemplandas secundum peripateticos. Nam si in vita rebusq; agendis laudat vir prudens, cur sapiens rebus contemplandis propria laude carebit? qđ si in actione prudētia felicitas humana reposita est cur sapientem beatissimum non appellabis in cōtemplatione viuētem? nec in quauis sed in ea qua deo quoad fieri potest per similis fit. Cum res diuinas reuocato a sensibus animo intueat & respiciat. Ad prudētiā redeo sine qua ciuitates bene moratę nullo modo esse possunt. Est em̄ recta ratio rerum gerendarū que voluptatibus modum imponit, fortitudinem animi regit, liberalitatis officium disponit. Transfert hac eadem sese, nō solum ad rēpu. sed etiam ad familiarem, & ad res omnes nō temere sed cōsiderate agendas. In deliberatione secundum esse tempus te deliberata omni socordia & ignauia remota agendum aliquid ordine & cōstantia ostendit, vt honestatem & decus cōseruare possim⁹. Ipsius em̄ virtutis tota laus in actione consistit. At vero in omni deliberatione suscipienda illud maxime curādum est, ne incognita p̄ cognitis habeamus: hisq; temere assentiamur qđ certe non fiet si adhibemus ad res cōsiderandas tēpus & diligentia. Verum non vsq; adeo tamen immorandū est qđ quidam hebetioris ingenij & morosi faciunt, vt occasionem & opportunitatem rerū bene gerendarū amittamus. In omni autem consultatione publica p̄sertim vidēdum est fieri ne possit qđ proponit, facultates ne habeamus & adimicula: aliter em̄ inanis nostra oīs cogitatio esset: veniremusq; ad id qđ a sapienti viro lōge remo-

**Diffinitio
prudētia.**

tum esse debet: ut dicendum sit non putarā. PLA.
 Non potuit hercle sapientis ac prudētis officium
 exactius explicari q̄ a te nuper est ante oculos no-
 stros positum. Verum cum Laurentius noster a-
 dolescens sit, & prudentia ac sapientia non nisi as-
 suetudine comparatur: quonam fiet modo ut ne-
 poste auo in gubernanda repu. dignus esset vi-
 deat? COS. Quasi vero laurentij nostri causa hoc
 tantum modo dictum sit. Cuiuslibet meis omnibus
 bene cōsultum volo: quorum de numero cū mul-
 ti boni sint & sapientes eos velim obseruet, eorū-
 que cōsilia imitetur donec gubernare tantam na-
 uim prius ipse didicerit. Fieri em̄ nō potest ut ex
 iuvene sententia optima eliciat, cum i prudentem
 cadat: pręteritorū memoria: cōsideratio pręsen-
 tium intelligentia futurorum: quę haberi nō pos-
 sunt: nisi doctrina & assuetudine cōparentur. Mi-
 rum illud in Salomone atq; Iosepho adolescenti-
 bus videri potest ut certe est: diuino enim numi-
 ne non humana sapientia & industria factum pu-
 tarim: ut illi pręter ætatem tantum saperent. Se-
 nes igitur humanarū rerum periti cōsiliū ad-
 hibendi sunt. Nam senatus Romanus quem totus
 orbis terrarum consulebat a senibus certe non a
 iunioribus nomen accepit. Probatum sint n̄ quorum
 sententiā reipub. causa imitaturus es. Nihil ha-
 beant ficti, nihil simulati, nihil fallacię. Aperti sint
 & veri plurimum autem in consilijs dandis acci-
 piendisq; valet integritas vitę. Nō potest esse cō-
 cilio bonus qui ita vixit ut ab omnibus malus ha-
 beretur. Voluptates siquidem reñciat auaritiā
 compescat: affectu deniq; ac perturbationes se-
 der: qui tibi ac reipub. vtile cōsiliū daturus est.

m m

Cōtra iu-
 uenes cō-
 siliarios.

Senes con-
 siliarij esse
 debent.

De optimo ciue

Nam qui aurum cōtemnit, qui munera spernit, qui patriæ dignitatem & salutem cæteris rebus anteponit facillime cōtemnet hominum cupiditates & honestum ac rectū seruabit. Corrupti a Pyrronomuneribus & pollicitationibus Fabricius non poruit: vt in senatu cēseret contra dignitatem patriæ regi pacē cōcedendam esse: antequam ab Italia discederet. Abiere qd̄ re īfecta samnitū legati frustra Manium curium auro & argento īpelle-re conati: vt dandā samnitibus pacē in senatu cēseret: cum illi toriens violari fœderis nondum iustas pœnas dedissent. Vt enim sapientes & bonos dixi in cōsultationem adhibendos esse: ita versutos & callidos reñciēdos censeo, qualis fuit Themistocles cuius profecto consilium de frangendis lacedæmoniorum opibus incēsa clanculum ad cythē eorū classe aristides dixit perutile quidē: sed minime honestum esse. n̄ autē eo tibi ac reliquis ciuibus iuiores esse debebūt: quo plura sapere videbuntur detracta opinione probitatis. At vero si prudentiæ & sapientiæ conuincta iustitia fuerit, nihil erit qd̄ tu ac reliqui ciues his auctoribus non posse consequi arbitremini. Tollendæ igitur astutiæ sunt: eaq; malitia quæ vult quidē videri prudentia cum absit ab ea distetq; plurimum: Mentiri enim emolumentum sui causa, criminari, fallere, pręripere, ī bonum virum cadere nō potest: sagaces eos sane veli non tñ astutos & callidos. Est em̄ sagacitas (vt Aristoteli placet) rerum agēdarū sciētia circa pricipia: eosdē em̄ vt sagaces & bonos dicit. Si (inquit) ī deliberādo ītētio sit honesta vis illa laudabilis est. Sin īproba, astutia nuncupatur. Fieri ergo nō potest: vt quispiā prudēs sit ha-

Malitia
vult videri
prudentia.

Sagacitas
ab astutia
differt.

bendus: nisi idē sit bonus: cū virtus sit habitus ratioe determinatus: & ipsa recta ratio prudentia nuncupet. Cōsiderādū est ergo & circūspiciēdū quid quisq; sentiat: ac dicat ne fallare. In corde em̄ nostro, i ambitioe tāquā in ampla domo Dauid propheta nos docuit: & cū eo tāquā cū bono cōubernali versari: vt & ipse diceret ac loqueret secum. Scribēs ad Curionē Cicero: te (īquit) i cōsiliū adhibe, tecū loquere: te audi. nolebat adolescentem circūueniri aliorū cōsilijs. Audiēda sunt aliorū cōsilia pēsītada priusquā aliquid pro repub. aggregare. Bibe (inqt Salomō) de tuis vasis & puteorū tuorū scaturitionibus: hoc est cōsilio tuo vtere re etiā prius a bñ sentiētib⁹ p̄specta ac cognita. Hac itē agitatōe mentis tibi ac reliquis bñ institutis ciuib⁹ puidēdū est: neqd ciuitati i futurū sinistri accidat, ne bello, ne seditionibus, ne charitate rerū, ne icēdijs, ne rapinis, ne pestilentia populus opprimatur. In cōsilio nāq; (vt ait Plato) praxteritū tēpus nobis exēpla suppeditat: cū attenditur quid cur quāq; gens passa sit vt caueamus: aut qd prudēter egerit, vt imitemur præsens, vt ānosos muros & rimosos īspicimus. Homīes timidos & imbelles: annonæ (vt ante dici) charitatē, futurum, nequid fiat temere, vnde infinita mala oriuntur. Hoc autē si feceris Laurēti & patriæ nostræ bene cōsules: & tibi foelicitatē cū gl̄ia cōparabis. PL. A. Cū te audio cosme minus certe Platonē ipsum minus. Aristotelē & siqui de repub. scripsere desidero: adeo rē ipsam ante oculos ponis. Sed ego multū hac i re cognatiōi tribuo quæ te cogit patriæ & posteritati tuæ his præceptis consulere. COS. Ita est profecto vt dicis. Nemo em̄ oīm est cui velim
 m m n̄

De optimo ciue

magis cōsultum, q̄ patriæ meæ, q̄ agnatiōi & gentilitati, familię nostræ: quæ meū nomen me etiam mortuo aliquādo celebratura est. Quare nisi qd aliud vis sine pergam vt cōrpi: qñ quidē Laurentium nostrum attente omnia auditurum video LAV. Vereor equidem cosme ne tibi cōtingat: quod aiunt cygno morituro. Tum demū scilicet auem ipsam oprime canere vbi mortem sibi adesse sentit. Superasti certe teipsum: & quasi vltimos conatus ingenij tui editurus sis mirabilis hodie mihi visus es. COS. Sit ita sane si nō doctrina saltē auctoritate quod maxie cupio apud te valebo. De morte alias diceretur latius q̄ nec formido nec opto: Sed ad īstitutū p̄gamus. Nō ap̄d me dos solū (vt ait Herodotus) sed apud oēs gētes iustitię gratia delecti sunt qui alijs p̄cessent. Acciti etiam quidā externi sunt ob īsignē iustitiā qui ciuiates regerēt (vt de numa legimus) Nam cum premeretur inops multitudo ab his qui maiores opes habebāt: ad vnum aliquē confugere necesse erat virtute p̄stantē: qui summos cum īsimis pari iure retineret. Eadem etiā causa cōstituendarum legum fuit: quæ cum oībus vna atq; eadē voce loquerentur. Aurea p̄fecto videri debet (vt certe est) illa doctoris vestri argyropyli sentētia qui asserit ita iustitiā ī humana societate necessariam esse: vt ī animāte aīam. Atq; vt si insit illa corpus interno motu cietur: sin egressa fuerit riger: continuo dissoluitur atq; putrescit. sic si iustitia administretur societas constat: si posthabita fuerit languescit & exhalat. Nemo est em̄ qui vt deū quēdā iustū non intueatur & admiret. Huic homines īpi cōmittūt fortunas liberos cōiuges, atq; huma-

Argyropyli sententia de iustitia.

na oīa, & merito quidē cum iustitia sit (vt Aristoteli placet) nō pars quēdam virtutis sed tota virtus, vt ī iustitia tota vitiositas est. Fundamentum ergo perpetuę comēdatiōis & famę iustitia erit, sine qua nihil potest esse laudabile. Camillus dictator Romanus remisso pēdagogo virgis ab eiusdē pueris cæso quos secum trāstuga ī castra hostium duxerat. phalerios quos vim non poterat iustitia & clemētia ī deditiōē accepit. Laudatur et Aristides ac Iusti cognomētū cōsecutus est, cū in oīb⁹ tum vel maxie q³ Themistoclis cōsiliū (vt ante dixi) vtile quidē nō tamē honestū & iustū apud populum improbauit. Primū aut iustitię munus est (vt ait Marcus Tullius) ne cui quis noceat nisi la cessitus iniuria: de īde vt cōmunibus pro cōmunibus vtatur: priuatis vt suis: quēadmodū legibus descriptum est & iure ciuili. Cōmunia autē sunt, errātes admonere, ignaros docere, aut vt erudiātur curare, aquā nō prohibere pati ignem ab igne capere cōsulētibus fidele cōsiliū dare, quod ad cōmunem vtilitatem pertineat. In hac autem societate humana gradus distinguere superuacaneū quodāmodo mihi videt. Quis em̄ est qui nesciat plus se patrię parentibus liberis propinquis ciuib⁹ debere eiusdem nationis, eiusdem linguę q̄ peregrinis & externis? Multa sunt enim ciuib⁹ inter se cōmunia (vt ait Cicero) quę societatē humanā cōfirmant, forū, phana, porticus, vię, leges, iura suffragia cōsuetudines præterea & familiaritates: addo etiam connubia & affinitates quibus tāquā firmissimis nodis ciuitas īter se colligatur. Hic est propagatio sobolis & origo ciuitatum cuius pcuratio nō aliena est ab optio ciue: quo ma-

m m in

De optimo ciue

gis simul neſtātur volūrates ciuiū quodq; numeroſior noſter fiat populus. Sed quoniā nulla ſocietas preſtātor nullaq; firmior eſt quam quæ cum bonis viris cōparatur, curādū tibi erit ac reliquis ciuibus vt moribus doctrīna eruditione ſi fieri poterit ībuantur oēs. Hac em̄ ratione & de patria noſtra bene merebere & tibi niſi oīno fuerint ingratī ciues noſtri aliqñ parem gratiā referēt. Præterea vero eos vtpote ratione imbutos quodq; volueris pro vtilitate reipub. facile īpelles, qđ non adeo ſit in hominibus literarum & doctrinæ ignaris. PL A. Addis ne huic virtutī aliud? COS. Addo certe. Nā cū totius iuſtitix fides ipſa fundamentū ſit: curādū erit Laurenti tuo potiſſimū exēplo indiſtis pactiſq; eā ſeruēt ciues noſtri. Strādū ſiquidē promiſſis eſt: & id faciendū quod iuſtitia & ratio exigit. Hāc em̄ ob rem fidē ipſam ſtoici dictā putant. At vero ſi ſecus feceris ſtatim diſſoluetur ea pars iuſtitix quæ ī ſocietate humana reposita eſt. Seruandā quoq; fidem peregrinis & hoſtibus illud declarat, quod dñ īpī qui voluerūt lōge ac late diſfundi ipſam virtutē & iuſtitiā vīculū ipſius fidei interpoſita auctoritate nominis ſui annectī paſſi ſunt. Eſt em̄ iuſiurandum affirmatio religioſa tota quidem ad iuſtitiā & fidē pertinēs. Vnde præclare (ait Ennius) o fides alma apta primis & iuſiurandum iouis. Cum itaq; iuſiurandum violatur, fides violatur quam in capitolio vicinā iouis optimi maximi Romani eſſe voluerūt. Quod enim iuratū eſt & mens concepit fieri oportere id obſeruandū eſt. M. Regulus vñicū certe īuiolatē ſi dei exēplū maluit ad certā poenā redire quam datā fidē violare. Superatis autē in Sicilia cartha-

Marcus
Regulus.

ginesibus cū amilcar & hannō de pace acturi es-
sent veriti primo adire consules sunt, ne ipsi quo-
que fide fragi in vīcula cōñcerentur quē admodū
a se olīm Cornelius a sina cōtra ius gentium con-
iectus fuerat. Verū hannō conscius Romani aī cō-
sules adiit apud quos cum de finibus ageretur di-
xere quidā posse ei merito euenire quod cornelio
per suos acciderat. At vero iposito a cōsulis si-
lērio, te (īquit hāno) fides ciuitatis nostrę hoc me-
tu liberat. Seruādum ergo ius gentiū est : seruāda
fides nō dico prædonibus aut piratis qui commu-
nes omniū sunt, hostes non perduelles. His autem
si pactū pro libertate & capite precium ciuis flo-
rentinus nō attulerit nulla fraus inest ne si iurati
quidem id non fecerint. Nā falsum iurare nō peie-
rare est sed quod ex aī tui snīa iuraueris sicut ver-
bis cōcipitur id nō facere periuriū est. Scitū est cer-
te illud erupidis. Iuraui līgua mentem iniurata m-
gero. Reguli quidem periurium fuisse nisi fidem
datam seruasset. Hanc vero tanti semper fecit po-
Romanus vt etiam præclaros veros hostibus de-
diderit vt de T. Veturio & Sp. Posthumio ac C.
Mancino legitur quod iniussu senatus cum hosti-
bus fœdera inīssent. Postcannensem pugnam de-
cem captiuos ad senatum misit. Hānibal iuratos se
in castra redituros: si de redimendis captiuis non
impetrassent nouem ex his re infecta redīssē con-
stat. vnum vero ex decem qui paulo post quam
erat ingressus e castris redīssēt quasi aliquid esset
oblitus Romæ mansisse. reditu em̄ in castra libe-
ratū se esse iure iurādo iterpretabāt. Sed hunc qui
dem veteratorē & callidū vinctū ad hannibalem
senatus remisit. Nullum em̄ vinculum ad colla-

De optimo ciue

gendam fidem iureiurando arctius putandum est
Id indicant leges, indicant fœdera, incidunt poenę
irrogatę a censoribus his potissimū qui fidē viola-
runt. curato igitur tuo etiā exēplo vt eā seruēt ci-
ues cū iter se tū cū peregrinis vtq; ī emēdis vēdē-
disq; rebus, in cōtrahendo, locādo cōducendove
nullo dolo malo. LAV. nō est satis Cosme dicere
hoc vel illud agendum nisi doceas qua id ratio-
ne fiat. Cos. Probe quidem sentis. Et quoniam vt
corpus membris ita etiā suis magistratibus ciui-
tas constat videndum profecto quam diligentissi-
me erit quos potissimum ex ciuibus ad gubernā-
dam repu. diligatis. Nisi em̄ paterfamilias qui in-
terdum eius vices gerat habuerit nulla erit pro-
culdubio œconomix ratio: quod certe multo ma-
gis in ciuitatem cadet quæ pluribus curatoribus
indiget qui non ex quouis genere hominum licet
popularis sit fratus noster sed ex vera nobilitate
de qua antea diximus diligendi sunt: cōsentaneū
nāq; est ex melioribus ortos meliores futuros tū
ad imperandum, tum ad parendum. Optimus em̄
gubernator legibus ipsis plærūq; atēfertur quod
non vniuersa tantum vt leges verum etiā par-
tes inspiciat. Hos esse & bonos & peritos legū si fi-
eri potest oportet vel consuetudinis patrię & re-
rum humanarum gnaros: quod certe non contin-
get nisi grādiōres natu fuerint: quæ quidem ætas
potissimum magistratui conuenit cū senes ob æta-
tem verecūdiā populis inñciāt. præterea verone-
mo præserti bene īstitutus idignat senioribus pro-
pter ætatē parere quādo & ipse quoq; cum ad id
ætatis peruenerit sciat se tale præmiū recepturum.
cūmq; itelligat eum postea recte alijs īperaturum

qui prius modeste ac constanter alterius imperio obtemperauerit. Sint igitur quos deligētis ad magistratū obeundum legē quidem loquentē (vt ait Cicero) boni, modesti, cōtinentes, iusti, fortes, prudentes, abstinentes: & a quouis flagitio alieni teneantq; diiudicandi & imperādi modum. Tueri eū debent (vt ait Plato) cōmoditatē ciuiū: & quicquid agunt ad eā referre obliti cōmodorū suorū. Totū p̄terea ciuitatis corpus curare debent: nedū partem aliquā tuentur reliquas deserāt. Nā q̄ parti ciuiū consulunt, partē negligunt rem sane perniciosam in ciuitatē inducunt seditionē atq; discordiam. Eorū eū munus est intelligere se ad cōmoditatē ciuitatis natos esse: debereq; eius dignitatē & decus sustinere, seruare leges, iura describere, tueriq; ea quę eorum fidei cōmissa sunt: qđ p̄fecto q̄ diligentissime facient si intelligent ab optimariis iustitiā & pietatē coli, eorūq; censurę aliquando standum esse. Magistratuum autē animaduersione oīs & castigatio cōtumelia vacare debet: neq; ad se qui punit aliquē, aut verbis castigat: sed ad ciuitatis vtilitatem referre debet. Cauendum est etiā ne maior sit pena q̄ culpa, neve ad iudicandū iratus accedat: quia mediocritatē illam teneri nō poterit quę est inter nimium & parū. Sint autē qui iudicant & ciuitatē gubernant: si fieri potest legū omnino persimiles quę ad audiendū iracundia, sed æquitate ducuntur. Hanc ob rem Plato Xenocrati ad se accedenti: vel (vt aliq̄ volūt) Speusippo: cēde (inquit) hunc puerū: mihi autem quod iratus sum id nequaquā integrum. Eadem quoq; ratione Clemen-
vsum ferunt architam Tarentinum infensum villico qđ agros negligenter coluisset: hac & si priua

De optimo ciue

torū hoīm exēpla sint, publicę tñ aīaduersioni ac
cōmodari possunt. P. L. A. Possunt, certe & optime
quadrāt. COS. Immo vero magistratibus & his q
cum imperio cæteris præsunt: curādū erit ne plus
seueritatis q̄ clemētiae præferāt: propēiores em̄
ad dandam veniam quā ad sumendas pœnas esse
illiqdē debēt. Propriū em̄ magistrat⁹ est, nō tā pri
naci seueritate & acerbitate quā lenitate, & clemē
tia adhibito cōsilio & maturitate populos in offi
cio continere. Hinc est autē q̄ clementes deo simi
les existimam⁹: cōtra vero crudeles & īmites de
testamur & abominamur vt inimicos & hostes hu
mani generis. Quis nō leget magna certe cū indi
gnatione L. Syllam dictatorem gloriari solitum
se a nemine vnq̄ crudelitate victū quatuor legio
nes ex Marianis militibus in cāpo Martio truida
ri iussisse: Tyberim cadaueribus repleuisse: quinq̄
milia prænestinorū interfici, ac per agros spargi
mandasse: quatuor milia ciuiū & septingentos p
scripsisse. De crudelitate Marij Annibalis mithri
daris pleni sunt libri, tñ poetarū, tum historicorū.
Doleo qdem Atheniēses vnde vrbānitatis & hu
manitatis nomē venit Eginēsium iuuēturi polli
ces abscidisse, ne a maritima ciuitate aliquādo bel
lo opprimerentur. Quid tibi Mezentii, capaneū,
busirim, pclū, Phalarim piratas, cyclopas, lestry
gonas cōmemorē: cū Tyberij C. Calligulæ, Ne
ronis, Domitiani recentior sæuitia sit. Horum no
mina ita pfecto nephanda sunt habita: vt crude
les & immanes: nostra quoq̄ rēpestare eisdem no
minibus tanq̄ natisthreicijs compuncti vocētur.
Quam vero sit durum asperum, & immite cru
delitatis nomen aliorum exemplo vides. Con

travero quā suavis quāque iucunda sit omnibus sanctissima clementia: ex his intelliges quorum nomina ob placabilitatem & lenitatem adhuc in precio sunt. P. Aemilius captivum Perseum Macedonum regem procumbere ad genua sua volentem dextera manu ad se traxit: laterique suo assidere ac mensē voluit. Eadem quoque clementia usum ferunt Cn. Pompeium erga tigranem hostem Armenię regem: iussu namque surgere, & diadema quod ad misericordiam mouendam abiecerat sumere in regnum, & pristinam sedem restituit. De Cæsare cuius diuinam virtutem sola clementia qua omnes superavit exornat, reticere institui: cum omnibus sit nota: ex hac enim plus prope glorię quā ex imperio consecutus est. Tu igitur Laurenti tot clarissimos viros imitatus magistratus ipsos in puniendis delinquentibus ad clementiam adhortabere, ut citra seueritatem potius pedem retrahant quam ultra progrediantur ne atrocitatem poenarum tu vna cum ciuibz nostris crudelitatis notam incurras: qua nihil potest esse in bono ciue, aut detestabilius, aut perniciosius. Verum quoniam ex quo & bono plerumque iudicare in ciuitatibus necesse est compescenda erit audacia causidicorum: qui iudicij cauillationes interponunt, quo diutius lucri gratia causas ipsę protrahantur: lure enim gentium & ciuili cautum est ne cui quis detrahat sui commodi causa. Quid quod etiam tanta est eorum audacia causas iniquas sponte suscipiunt, & suspectas magnis acclamationibus defendunt. Quo enim quisque maxime clamat, eo sapientior & honestior in causa putatur. Scribens ad fratrem Hesiodus eum admonet ut voracissimas eorum fauces deuictet. His ego addiderim ad-

As susce-
ptas.

De optimo ciue

uocatos & tabelliones, nisi eorum vita probata & perspecta fuerit. Bene profecto instituta est a legumlatoribus poena temere litigantibus; ne iniuria quispiam ob aduersariorum potentiam circumueniatur. Recte praeterea condita est lex cornelia de falsis: qua qui deliquere plectantur. Quis enim pupillus? quae viduae? quis inops? quis peregrinus rabi-dos istorum dentes aufugiet, nisi fuerint tua seueritate coerciti, & intra proprios fines retrusi? Videat Praetor poenas quae omnis publici priuatiq; iuris potestas est: cuique licet ius condere ac vetera rescindere, ne cuique fiat iniuria. Caueat iudex: aliter iudicet quam legibus & moribus, aut consuetudinibus proditum est. Idem faciant tabelliones ne corrupti pecunia, aut testamenta supponant, aut in empto, diuendito, locato, conducto, falso, auctori-tatem sui nominis interponant. PLA. Nil certe omititis ut video quod ad iustitiam pertineat. COS. Ego vero ad hanc quoque rem pertinere arbitror quaestorum publicanorum, ac foeneratorum cupiditate coercere. Quaestores publicae pecuniae quae-redae praepositos esset, nemo est qui ambigat. De quaestionibus maleficiorum non est nunc dicendi locus. Verum quaestores publici prouetus: apud Romanos partim aetario urbano, partim vestigalibus prouinciarum exigendis praeficiebantur. Hos quidem habere manus abstinentes oportet: satis enim est publicum in aetarium referre, nedum priuata expilent: non publici certe commodis sed priuati causa. Multos enim vidimus in ciuitate nostra, quibrevi quod sine rapina fieri non potest ingentes sibi facultates compararunt, aut accipiendo unde non oportet, aut reddendo quibus oportet. Hos tu Lau

renti: vt vniuersę ciuitati perniciosos lege iulia de peculatu coerceto. Bonis etiā ciuibus cauendum est noua vectigalia imponant. Qd si bello vrgente id facere interdum necesse fuerit pace parata Iustitiani sentētia tollēdum omnino erit, vt qđ belli timor introduxerat hos pacis bonitas conspiscat. Publicani autem quorū illiberales & sordidi quęstus odia hominū facile incurrunt obseruari qđ diligentissime debent: ex his em quos tantopere laudat Cicero graues cōtrouersię multę iniurię magnę contentiones plerūq; nascuntur. Nā conductis ingenti mercede portorijs & vectigalibus cū postea soluendo non sunt: ex alieno rapiūt & extorquent ne a ciuibus tantūmodo, verū etiā a peregrinis mercaturę aut negocij causa ad vrbē nostrā accedentibus Qđ cū inutile sit, tū vel maxime ciuitati turpe & indecorū est. Horū audaciā & temeritatem cōpescendam censens Vlpianus iurecōsultus edictum proposuit: quo quicquid illicitē, publice, vel priuare extortum est tantūdem & eo amplius iniuriam passō exolui mandat. Per vim em extortū cum pōna dupli restituitur: & qđ tale facinus cōmisere extra ordinem plectunt. Alterum em vtilitas priuatorum, alterum publicę discipinę ratio postulat. Abstinētes habeant manus oportet: sciantq; sibi non plus licere, qđ cuius e populo. Cōpescendi sunt etiā feneratores qđ certe detestabiliore sunt habendi, qđ aut fures, aut latrones, aut piratę: licet em magna discrimina subeuntē sitim famē, æstus frigora patiētes: vnde viuunt conquirunt maximis interdum acceptis vulneribus. Illi vero tecto & vmbra gaudentes tanqđ fœdissimę harpię ne minimum quidem incōmo-

Noua vectigalia imponenda.

Nota pfecte detestabiliore sunt habendi, qđ aut fures, aut latrones, aut piratę: licet em magna discrimina subeuntē sitim famē, æstus frigora patiētes: vnde viuunt conquirunt maximis interdum acceptis vulneribus.

De optimo ciuē

dum ferētes nō accepis. Sed illaris ex fœnore vul-
neribus hoīm sanguinē exugunt, carnē exedunt,
ossa corroduunt. Quid de hoc genere hoīm sentiat
Cato ille senex, audi quæso. Nā cum ex eo quære-
retur qd maxime in re familiari expediret. Respō-
dit, bene pascere. Quid secundū? satis bene pasce-
re. Quid tertium? bene vestire. Quid quartū? ara-
re. At vero cum idē quæsisset: qd fœnerari? Tū Ca-
to, quid hominē inquit occidere? Ex quo intelligi
potest hos vt parricidas si in tali crimine deprehē-
si fuerint vltimo supplicio Catonis sententia affi-
ci debere. PLA. Recte pfecto admones: sunt enim
maiore odio digni quā q aperte latrocinaūt. COS.
Sunt qdē humani generis domestici hostes. Verū
quoniā in emēdis vēdendisq; rebus fraus perma-
gna subesse interdum solet: deligēdi e numero bo-
norum ciuū erunt: qui ne annona, vinum, car-
nes, esculētaq; oīa vitiosius aut carius q ipsa anni
tēpora regunt vendant: vtq; emptori succurrat,
si iumētum aliquod morbosum p valido sanoq;
siue qd vitiosum p sincero, fractū p integro eme-
rit: qd apud Romanos ædilitio edicto cautū erat:
ædiliū quoq; munus putabat curare: vt fora, vi-
ci, strætę vię, publicę, cloacę, & aqueductus: cate-
raq; ædificia, lauta, munda, integra, expeditaq; al-
seruarent: tum ad vtilitatē, tum ad salubritatē ci-
uiū. Verū nequid ciuitati nostrę desit q optimā &
fœlicissimā esse cupio: cēsores adsint oportet qui
videāt recte ne an secus vixerint, egerint ve q in
magistratu fuere. facile em̄ in officio omēs cōtine-
bunt si rationē anteaqtę vitę habiti magistrat⁹ sibi
reddēdū aliqñ putarint, LA V. Munus ergo cēso-
rium erit cogere nolētes etiā iuste, modeste, inte-

gre ac sancte viuere? COS. Erit sane. Sed quoniam apud philosophos diffinitum est, iustitiā esse equa-
 litatē vnicuiq; qd suum est reddentē pertinētq;
 maxime ad societatē hoīm inter se, quę rursus in
 equitatē & beneficētiā diuidit q̄ eādē & liberali-
 tatē & benignitatem vocamus nō erit a re tua alie-
 num exprimere quid potissimum ipsi æquitati ob-
 stet. Ea pfecto auaritia est qua nil potest esse pernī-
 ciosius in his præsertim qui rēpu. gubernāt. Nā cū
 duę humani generis pestes incubēt luxuria & aua-
 ritia malorū oīm fundamenta: perniciosior tamē
 auaritia habet, qd omnio cōtra naturā sit, quodq;
 itē mala oīa suadeat. Vtrinā inqt C. Pōtius famnis
 ad illa rēpora fortuna me seruasset, & tunc essē na-
 tus quando Romani dona accipere cōpissent, nō
 essem certe passus eos diūtius imperare. Est enim
 auaritia quēdā vehemēs habēdi litis, quę vt in hy-
 dropico cōtinuo haustu, ita in auaro frequēti etiā
 rapina extīgui nō potest. Verū est pfecto qd dici
 solet tā deest auaro quod habet q̄ quod nō habet,
 cum ob animi angustiam parto etiam frui non au-
 deat. Tollit præterea amicitiam & sanctam socie-
 tatem auarus, cum nemini profit & multis noceat.
 pauperes enim violat, diuitibus insidiatur, socios
 expilat, ignotos & peregrinos vexat, publicus
 omnium hostis aqua certe & igni interdendus,
 cum inutilis sit ciuitati reipu. perniciosus, sibi ipsi
 demū hostis acerrimus. Ii certe sunt illi dēmones,
 auari, tristes, obscuri, squalidi, sordidi, quos Dio-
 genes cum Alexādro differens in primo loco po-
 nit. Hos autem pecuniā pluris facere, q̄ patriā aut
 parentes, aut cognatos ostendit. Propinquorum
 em̄ mortes expectāt explēdę ob hęreditatem aua-

Oīm ma-
 lorū fūda-
 mentalu-
 xuria &
 auaritia.

Contra
 auaros.

De optimo ciue

Dictum
Crispi.

Dictum
biantis.

Iugurtha.

ritiæ causa: nunq̃ rident: om̃es suspectos habent,
nemini credunt: inimicitias, odia maledicta nihil
curant, modo rem faciant magneti per similes: ṽt
ẽm ille ferrum trahit, sic h̃ aurum & argentũ vn-
diq; & quouis modo rapiunt: omni certe tyranno
sauiore est pecuniæ cupiditas q̃ nemo sapiens (ṽt
ait Crispus) vnq; concupiuit. Et quasi malis vene-
nis imbuta corpus animũq; virilem effœminat:
neq; copia vnq̃, neq; inopia minuitur: hanc ob r̃ẽ
Stoici mentes hominum ab hac peste dimoturi di-
xere nequaq; se adduci posse ṽt quæ modo huc
modo illuc transferuntur in bonis rebus sint ha-
benda: idq; etiam Biantis auctoritate confirmant
quin in direptione patriæ admonitus ṽt aliquid
de suo apportaret: facio id quidem, inquit. Solam
ẽm virtutem, non autem diuitias bonum putauit.
Verum cum turpe sit oĩbus avaritiæ morbo labo-
rare: tum vel maxime optimatibus & bonis ciui-
bus turpissimum, in quibus nihil potest esse imma-
nius, nihil peruersius. Nullæ enim ab avaris ciui-
bus seruantur leges, nulla iura, nulla iudicia. Erũt
scelera oĩa impunita si redimunt auro. Veri ciues
speculatores sunt, & procuratores publici cõmo-
di esse debent: non autem priuati cõgerere pecu-
nias quæ ad vsum populorum sunt conflatæ: nihil
aliud est quã cibũ famelicis auferre: quod hostes
patriæ & humanum genus perosi facere consue-
uerunt. Quare in eos merito lata hæc lex est. Aua-
ri in vrbe ne sunt: si fuerint publico edicto eñciã-
tur. Hanc autem esse ciuitatum labẽ nouit Iugur-
tha ille barbarus Numidarum rex. Discẽdẽs ẽm
ab vrbe Roma quæ tum flagrabat avaritiã, refle-
ctensq; oculos. O vrbe venalem (inquit) & cito

periturā si emptorē inuenerit. In ea em̄ ciuitatē in qua regnat avaritia, nulla potest esse religio, nulla virtus, nulla charitas, quę omnino tāto vitio contraria est. Apud Xenophōtē cyrus pheraulā oprā tē diuitias: haud recte sape oñdit. Mihi (īquit) neq; cibū, neq; potū, neq; somnū dulciore in opulencia rerū sensi q̄ dū in egestate fui. Hoc aut ex diuitiis cōsecutus sum: vt pluribus i laboribus versarer: addito omittēdi metu. Satiū est igitur mediocritate vti: q̄ vel ex alieno rapere: vel raptū cū ignominia & cruciatu aī retinere. PL. A. Ego vero ita faciēdū cēseo. Sed dic quāso cū Laurētius nūcūq; p̄multi satis āplum hēant patrimoniu quonā modo eovti debet? COS. Bñ rogas. Audire quēso, re purgato prius aīo fœdissima avaritiæ labe, facilius erit liberalitatē quā iustitiæ cōiūctā esse diximus iducere. Hāc vero ceteris virtutibus gratiosiorē quadrifariā diuidit Plato. Fieri em̄ pecuniis opera disciplinis oratiōe p̄ circūuetis i iudicio ostēdit. Quicū ego nisi temere id facere videar addideri, honoris scilicet distributionē quod est magnū virtutis præmiū. Honos em̄ (vt ait Cicero) virtutes alit. Nemo profecto est sanę mētis præferti: qui nō bene mereri de patria & ciuibz suis studeat vbi itellexerit operā suā apud bñ memores collocari. Quid em̄ sibi voluere tot labores ciuiū romanorū, tot picula adita, tot vulnera i præliis suscepta? Honores certe & magistratus maxima & pulcherrima virtutis præmia. Omitto pecunias agros iumēta arma ex hostibus capta q̄ parū certe momēti ad virtutē est. Indignatus C. Cæsar vt nostis q̄ sibi immeritos honores negari quorūdam maliuolētia & liuore cernebat, arma

sumpsit: æmulos & inimicos e repu. deiecit. Quo-
 tiens tumultuarunt Romani exercitus iusto hono-
 re fraudati? Quotiēs plebs a patribus secessit, vbi
 denegari præmia benemerentibus vidit? Ne igitur
 patria nostra ingratitude arguatur cuius ac-
 cerrimi vltiores Persę habebantur: curādumerit
 tibi Laurenti ac reliquis ciuib⁹: vt dignitates ho-
 nores magistratus ipsi cōmittantur: qui sibi nobili-
 tatē manu & ingenio peperere. Hac enim ratione
 & benemerētib⁹ gratiam referetis: & alios æmu-
 latione honoris ac glorię ad virtutē excitabitis.
 Verum hac in re tenēda mediocritas est: ne quo-
 rundā stultitiā imitemini, qui īfirmę sortis homi-
 nes maximis honoribus & præmijs extollunt. Eos
 volo qui ingenio, morib⁹, industria, solertia, manu,
 opera reipub. profuere, ac prodesse deinceps pñt:
 nō autē lenones, scurras, gnatores, assentatores,
 quorum ingenia voluptatibus & libidinibus non
 amplitudini & modestiæ sunt dedita. Cōsilio quo-
 rum & oratiōe bñmereri de nostris ciuib⁹ possu-
 mus. Nam qui in cōsultatione tum publica, tū pri-
 uata, de rebus dubijs & incertis verā sententiā affere
 bñficus merito & liberalis haberi debet: & eo ma-
 gis q̃ hoc genus bñficię, non ad vnum tm̃ sed
 ad plures extenditur. Oratio item ī iudicijs habi-
 ta pro eo ī hoc quoq̃ genere habetur: reum vo-
 co accersitum ī iudicium more caufidicorū. Qui
 ergo circumuērum inimicorum calūnijs iure de-
 fenditis quidē merito benignitatis nomen ade-
 ptus est. Doctrina præterea & conditione cōpara-
 ri liberalitatis nomen pōt: cū n̄ habitus animis ho-
 minū imprimātur. Quenā pōt esse maior bñfi-
 cētia q̃ ea donare quę nūquā ab hominib⁹ aufer-

ri pñt: Trāfferri per facile & amitti pecunias videmus: deflorescunt honores & dignitates: excidūt cōsilia: obsolescūt oratiōes: sola vero doctrīa firma stabilisq; habetur: cū sit earū rerum (vt aristorelī placer) quæ semper eodē modo sese habēt: cumq; etiā in prosperis rebus magnū sit ornamentū, i aduersis vero vnicū refugium. Quare si sapi Laurēti eos semper i precio habebis: qui te ac ciues nostros hoc ornamento isigniores reddere possunt. Sed veniamus tandem ad illud genus liberalitatis quod circa pecunias versatur: pecunias autem dico quarum æstimatio mēsuratur nūmo. His autem ad liberalitatē vtendū est: quā nīhil habetur naturæ hominū accōmodatius. Verū quēadmodū vtare diligēter īspicere oportet. Nō em̄ in quēcūq; & ob omnem causam liberalitate vtendum est: sed erga benemeritos & propter aliquā insignem virtutē: quouis pæmio dignos: quod profecto maximum iustitiæ fundamentum est. Ea etiā liberalitate vti debemus quæ profit amicis nemini noceat. Quare L. Syllæ C. Marj: Cinnæ M. Lepidi M. Antonj pecuniarū & rerū trāslatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Cauendum est etiā Ciceronis p̄cepto ne maior sit benignitas q̄ facultas: ne res familiaris ita claudatur: vt eā liberalitas aperire non possit: quæ certē omni ostentatione & vanitate carere debet. Hoc autē fiet, si causam, si tēpus, si rationē, si dignitatē, tū nostrā, tū personarū in quos liberales esse debemus cōsiderabimus. Qui vero sine iudicio vel modo i oēs quodam impetu animi icitati bñficentia vtuntur: temeritate quadam mori poti⁹ q̄ iudicio videri pñt: quam certe leui-

n n ij

De optimo ciue

tatē omnino vitare debemus : cū nihil turpius si
bono ciui : q̄ aliquid facere cuius ratio reddi non
possit. In hoc autē genere prodigalitatis duo ma-
la isunt: & q̄ his rebus carēt benemeriti vel pro-
pinqui, vel cognati in quos propensiores esse de-
bemus: & q̄ nostra prodigimus cum dedecore &
ignominia. Cōsulendum profecto est famæ rebus
in oībus: nō dedecus quærēdū etiā cum dispēdio
rei familiaris. Nā qui flagitiosis hominibus sua lar-
gitur, is certe cū magna iactura sibi quærīt infā-
miā. Tenēda igitur ī hac re vt ī cæteris virtutibus
mediocritas quēdā est: ne vel prodigi videamur:
si oīa sine ratiōe effuderimus: vel auari: si ad viuū
liberalitatis officiū refecabimus. Paruulos autem
nutrire, pupillos tueri, virgines pauperes connu-
biō locare, nobiles paup̄tate & valitudie oppres-
sos iuuare, viduas defendere, errātes docere, esu-
riētes pascere, algētes vestire, captiuos redimere,
nexos ære alieno soluere, parētibus liberos, parē-
tes liberis reddere, sua pecunia & īpenſa boni ac
liberalis ciuis proprium est. Fabius ille maximus
qui cunctando rem Romanam restituit captiuos
ab Hannibale acceptos: redēpturum se pollicitus
senatū recusante: vt id de suo faceret fundū ven-
didit. Gillas vero Agrigētinus omnium qui vnq̄
fuere liberalissimus, spectacula edendo, epulas ap-
parando, annonam in charitate rerum submini-
strando virgines dotando: domum propriam a-
deo liberalitatis officinæ ascripserat: vt quingen-
tos equites gelsenium vi tempestatis ī prēdia sua
compulsos propria impensa aluerit. Multos etiam
captiuos ex vastitate illyrij & thracię redemptos
ecclesiæ impēsa refert Ambrosius: quo genere li-

Proprie-
tates bo-
norū ci-
uium.

Fabi⁹ qd

Gillas.

beralitatē vtinam sacerdotes nostrorum tēporum aliquando vterentur: nec pateras aureas & argenteas ita studiose construerent: cum quibus fortasse (vtinam falsus sim vates) aliquando Thuri illi bibent: qui gr̃ciam epirum & illiricum bello vexant. Ad liberalitatem redeo: quæ ita a magnificencia distinguitur, vt hæc circa dandas pecunias quales & quantum vis versetur: illa circa magnos sumptus & fortunato ciui conuenientes. Magnifici namq; est theatra, fora, templa, porticus, ædes pro dignitate ita extruere: ne plus minusve impensæ fiat: q̃ bonum & magnum ciuem decet. Ad quam certe laudem te antea meo etiam exemplo adhortatus sum: cum ad sp̃m vr̃bis: tum vel maxime ad commoditatem ciuium. PLAT. Nil certe omittis qd̃ ad optimum ciuem iſtituendū pertineat. Sed quid huic diuinæ virtuti subiicias audire cupit Laurentius noster. LAV. Est ita hercle (vt platina dicit) COS. Ne autē iustitia ip̃a de qua dicimus vlla ex parte labefactetur: statim fortitudo omniū virtutum robur & vallum subiungendā fuit. Vt enim fortitudo sine iustitia iniquitatis materia est: cum validior imbecillioem opprimat, ita iustitia sine fortitudine terga non nūquam vertit, atque eos deserit, quos tueri deberet. Sed cum fortitudo i res bellicas & domesticas diuidatur, superius illud omittamus, amplectamurque nunc domesticam fortitudinem: quæ animi magis quam corporis viribus comprehenditur. Vera em̃ fortitudo est primo seipsum vincere, iram continere, nullis illecebris capi, aduersis nō perturbari, nec extolli secūdis, & quasi ṽto huc & illuc impelli. Non debet certe vinci cu-

nn iij

De optimo ciue

piditatibus vera fortitudo non frangi metu, non iracundia quę omnino consiliū tollit. Pręclarum est etiā ita animum iformare: vt neq; diuitias neq; voluptates ita ī maximis rebus constituat: vt in his omne suum studium cōferat: quo nihil potest esse turpius & a claro viro magis alienū: cum huius ciuis quem optimum volumus proprium sit, pro religione, pro patria, pro iustitia, & honestate omne discrimē subire ac pericula considerata pręfertim contemnere. Hunc autem magni excellentisq; animi esse oportet. Nihil ī rebus humanis admirari, nihil magnifacere pręter virtutem. Honores etiā non quoscumq; nec a quibusuis oblatos suscipiet: sed illos tm̄ quos esse dignos optimo ciue arbitrabitur. Ita quoq; dignitatem animi (vt diximus) in vtraq; fortuna seruabit: vt ab astu naturę discedere non videatur: si vel fortuna saeuierit, vel ei blandius arriserit. Beneficia vero contulisse lætabitur. Feretq; moleste si acceperit: nec plura statim reddiderit. Ab'eius natura sit alienū commemorare beneficia: quę in alios contulerit: accipientis enim hoc proprium est non autē dantis. Vt enim sua beneficia in Athenienses reticent Lacedæmonij. ita ab illis accepta commemorant peropportune. Superior item ī omni virtute ma iult esse q̄ videri: nec id quidem iter humilis fortunę homines: sed iter optimates exoptat. Palam autem loqui amare: odisse suū ipsius proprium existimat: timentis est autem occultare sn̄iam. Morus vero ipsius tardus esse debet: & vox grauis sermo quoq; iteruallis longioribus distinctus grauitatem quandam amplissimo ciue dignam pręsefert. Omnino autem vera animi magnitudo sine

magna virtute constare non potest, vt intelligas
 Laurenti enitendum tibi & vigilādum esse si fieri
 potest vt in omni genere virtutis excellas ne sub
 pondere reipub. nostræ ibecillis concidas. Vnum
 tamen vitandum erit quod plærumq; magnis i-
 genis nocuit, ne cum magnitudine ai præstare
 omnibus quæras æquitatem contemnas: qua cer-
 te sublata nec disceptatione a ciuibus nec vllō pu-
 blico ac legitimo iure vici patieris. refelli enim i-
 sententijs dicendis non est alienum a repub. cum i-
 disceptatiōe res proposita dilucidior fiat. Cauen-
 da est etiam nimia gloriæ cupiditas, quæ cæteris
 ad virtutem aditum obstruit, cum viderit solum
 ciuem tot pulcherrima præmia quod e repu. ve-
 niunt concupiscere. Sed inter cætera hoc a te ma-
 xime obseruandum erit ne in rebus agendis cum
 domi tum foris vllam timiditatis speciem præ te
 feras. Vt enim medici est vultu ac verbis bonam
 valitudinem ægrotantibus polliceri, ita quoq; o-
 ptimū ciuē decet desperatiōi hominum fiduciā &
 bonā spē obſcere. Bello punico secundo cānenſi
 accepta calamitate cogitantibus quibusdam Me-
 tello duce Italiā reliquere Scipio adolescēs coetū
 ingressus nudo ense mortē tale aliqd deliberatib⁹
 cōminatus est. At vero Hānibale circūſedēte col-
 linā portā & supplemētum i Hispaniā a Romanis
 missum est, & ager vbi hostis ipse cōſederat hastę
 subiectus emptorē iuenit, voluit cōtra Hānibal fi-
 duciā imitari subiecitq; hastę argētarias vrbis ta-
 bernas nec sector iuentus est. Hāc ob rē ita animo
 cōcidit Hānibal vt tū demū potiundę vrbis spem
 antea conceptam deposuerit. Male profecto cum
 repub. nostra actum fuisset nisi regi Alphonso &

De optimo ciue

Philippo Insubriae duci & Venetis grauissimis bellis nos plerumque adhortis constantissimis animis restitissimus incommoda quaeque pro libertate passi. Non igitur trepidandum est & de gradu constantiae cadendum (ut dicitur) quo nihil potest esse optimo ciue indignius qui ad unam fortitudinem pro repub. natus esse videtur. Sed nescio quo pacto a fortitudine domestica ad bellicam descenderim quam urbana quidam certe maiorem putauere. Laudatur Themistocles ac iure quidem salamina victoria clarus: laudatur & solon, cuius consilio ac legibus victoria illa parata est, habent & lacedaemonii lycurgum suum quem lyfandro obiciant rebus bellicis claro. Eadem quoque de Romanis licet dicere. Non enim minus iuuit rempub. consilio M. Scaurus: quam C. Marius armis. Non Q. Catullus Cn. Pompeio non M. Cicero C. Antonio bellum foris gerere. Omitto autem illud honestum quod nunc quaerimus quod ex animo excelso magnificoque oritur non corporis viribus. Exercendum tamen corpus ipsum est (ut ait) M. Tullius & ita afficiendum ut obediens consilio ac rationi possit: non autem delictis vacandum. Nihil est enim quod aequae animos molliat corporaque effoeminet atque eneruet: quam delictis affluere quas velim te non secus declinare: ac quondam ferunt syrenum voces cantusque circes sapientissimum Vlysses. PLAT. Preclare Hercle & exacte auus tuus Lauratio omnia differit: id facit amor: qui ut philosophis placet ad posteros respicit: in quibus se fore immortales animi ac pariter arbitrantur. LAV. prorsus ita esse ut dicis haud egredere assentior. Plus enim patrie quam cognationi auus meus semper tribuit. Sed hominem hac dicendi molestia liberemus: nisi quod

aliud habet, qđ existimet ad me pertinere. COS. Ha-
 beo sane totius nostrę colloctionis tēperamentū
 quoddam, & veluti in comœdia extremum actū:
 quo quidem expleto ab hac scena ad ludos vrba-
 nos vobis pficisci licebit. Hoc autē tale est qđ Stoi-
 ci magnis etiā contentionibus affirmāt, omniū. s.
 perturbationum fontem esse intemperantiā: quæ
 est a tota mente & a recta ratione defectio, sic a-
 uersa a p̄scriptiōe rationis, vt nullo modo ap-
 petitiōes animi, vel regi, vel cōtineri queant. Hu-
 ius certe contrariam virtutē μεσότης græci vo-
 cant quā nos quidem cum temperantiā, tum mo-
 derationem nōnunq̄ etiā modestiā appellare sole-
 mus: cuius certe p̄prium est morus appetentis ani-
 mi sedare ac regere: semperq; aduersantem libidi-
 ni moderatā in omni re seruare constantiā. Conti-
 nuo nāq; intēperantiā huic inimica omnem animi
 statum inflāmat & perturbat. Hinc vero egritudi-
 nes & merus ac reliquę animi perturbationes gi-
 gnunt, ad quas certe sedandas vna modestia ad-
 iuncto decoro inuēta est. Duplex est em̄ (vt ait M.
 Tullius) vis animorū atq; naturę, quarū pars vna
 in appetitu posita est hæc δέμῃ græce dicit, q̄ homi-
 nē huc & illuc rapit: altera in ratione q̄ docet & ex-
 planat quid faciendum fugiendumq; sit. Ita fit em̄
 vt ratio p̄s̄sit, appetitus vero obrēperet in homi-
 ne potissimum bene morato: cuius fundamētum
 ipsa verecundia erit, quæ non sine causa pruden-
 tię adiuncta, ac soli homini data ostendit aliud iu-
 ueni conuenire aliud seni. Saltauit quidem ante ar-
 cam domini Dauid rex, non autem Samuel: & vt
 nec ille reprehēsus ita iste magis laudatus est. The-
 mistocles vero princeps ille græcię: quia fidibus

De tēpe-
 ratiā.

De optimo ciue

Minerua.

nesciuit indoctior est habitus. Abstiniuit ob verecundiā vir ille clarissimus a cithara q̄ eā dignitati suæ nequaquā conuenire arbitraret̃. Mineruam quoq; tibias abiēcisse scribunt poetę, qđ dum eas supra fontē inflaret indecorū genariū tumorē inspexerit minimeq; deę cōueniētē. contra quorū dā opinionē qui neminē satis vrbaniū putāt si fidibus vel tibis aut fistula nesciat canere. Idem quoq; comati & bene ad speculum pexi tanq̄ inuerecundę mulieres per ora hominū feruntur. Hos tu Laurētius tuo exemplo iniecta verecundia ab incessu cultuq; muliebri coercens ad dignitatē virilem cohortare. Cōtinētes quoq; & abstinētes esse bonos ciues oportet quorum alterum in rebus, alterū in moribus est. Scipio ille Africanus qui totius virtutis vnicum exemplar fuit eximię formę puellam sibi in Hispania voluptatis causa oblatā constāter renuit; parentibus vero accitis aurū pro redimenda puella dori addidit, eāq; inuiolatā marito restituit. In Epiro achaia Cycladibus M. Cato veneris & lucricopiā habens constantissime a tanta turpitudine abstiniuit numato Ruffo teste. At vero cū C. Fabricius populi Romani legat⁹ audiuiſſet Cyneam Athenienſem apud pyrrhum voluptati oīa tribuētē. Vtinā (inqt) talē habeāt mētē omēs populi Romani hostes. Superior autē ille Cato vir sane illustris pellibus hœdinis prostragulis est vsus; trium quoq; seruorū comitatu cōtentus Hispaniā gubernauit eodē vtēs cibo, eodēq; vino quo serui & nautę, vt ceteris hac ratione frugalitatis exemplū daret. Cū pericles haberet collegā in prætura sophoclē; inq; de cōmuni officio cōueniſſent, & casu formosus puer pteriret; dixiſſetq; Sophocles. O

Scipio
African⁹
puellā re-
nuit,

pulchrū puerū Pericle, tū pericles prętorē ait sophocle decet, nō solū manus sed etiā oculos abstinentes habere. Magna profecto fuit Xenocratis in victu cōtinētia. Is em̄ cum missa sibi ab Alexādro talenta intellexisset: legatos ad exiguum apparatus inuitauit: cūq; ab his quęreret cui numerari talenta veller: nōne inquit externa cōna intellexistis Xenocratē huiuscemodi munerib; minime indigere. Natura em̄ (vt ait philosophus) paucis minimisq; cōtenta est. Ad valetudinē quoq; & appetentiā pertinere hęc in victu modestiam intelligemus si rerum iusti estimatores fuerimus. Nam cum Darius rex multis antea epulis & poculis fastiditus aquam turbidam & cadaueribus inquinatam in fuga bibisset: negauit vnq; se bibisse iucundius: nunq; em̄ sitiens biberat: nec esuriens vnq; prolemęs ederat: cui cū peragranti Aegyptum comitibus nō cōsecutis sordibus panis dat⁹ esset, nihil est visum illo pane suauius. Excitanda siquidem fames est motu & exercitatione: nō autem cōdimentis cum desidio se vixerimus. Ferūt Socratē cum is vsq; ad vespērū cōtēcius ambularet, quęstūq; ab eo esset cur id faceret respōdisse: se q̄ melius cōnaret obsonare in ambulando famē. Quid victus Lacedęmoniū in phiditijs? Vbi cū tyrānus cōnauisset Dionysius negauit se iure qđ cōne caput erat delectatū. Tū is q̄ illa coxerat minime, inquit mirū, cōdimēta certē ei defuere, labor in venatu, cursus ab eurota, fames, sitis. His em̄ Lacedęmoniorū epulę cōdiunt. Victus quoq; Persarū a Xenophonte exponit: quos negat ad panē adhibere quicq; pręter nasturtiū quāquā etiā qđā suauiora natura desiderat. Adde siccitatē quę sequi-

Darius a
quā turbidā
bibit.

De optimo ciue

tur hanc continentiam in victu. Valetudinis quoque integritatem adde. Confer ructantes, sudentes refertos epulis tanquam opimos boues. Est enim in desiderio non satietate iucunditas victus. Fuit Timotheum clarum Athenis hominem & principem ciuitatis, cum coenauisset apud Platonem, eoque conuiuio admodum delectatus esset, vidissetque eum postera die dixisse: vestrae quidem coenae non solum in praesentia, sed etiam sequenti die iucundae sunt. Mouere te nimirum ac reliquos ciues nostros tot exempla possunt: sed nihil est quod aequae te ad frugalitatem adhortari debeat quam domus nostrae parsimonia & perpetua in victu continentia. Nihil enim a plebeis differunt mensae nostrae quae ex re & valetudini & ciuitati haecenus consuluimus. Quid quod ne mēte quidem vti possunt: multo cibo & nimia porione repleti? Extat Platonis praecleara quidem illa epistola ad Dionis amicos qua displicuisse sibi ostendit quod Itali & Syracusani bis in die saturi fierent, nec unquam pnoctaret soli. Quam turpe sit etiam diffundere luxuria Sardanapali error nobis indicat qui cecidi iussit in sepulchrum suum. Hoc habeo quod edidit, quod exaturata libido hausit. Quid aliud (inquit Aristoteles) in bouis non in regis sepulchro incideres? Haec autem omnia eo tendunt Laurenti ut intelligas tibi ac reliquis ciuibus, si vultis honeste ac recte viuere seruandum esse mediocritatem in victu cultuque corporis. Quid xerxe ipso libidioso turpius? qui refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non nauum multitudine, non infinito auri pondere contentus praemium proposuit ei qui nouam inuenisset voluptatem, quam ipse non fuit contentus. Neque

vnq̄ finē inueniet libido. Sed andē igit̄ sunt om̄es
libidines cupiditatesq̄: sed andē egritudines com-
primenda est iracundia: vnde prope infinita ma-
la oriuntur, cum ratio omnis subeunte illa infania
e mentibus nostris deturberetur. Hac autem ratione
Laurenti si vixerimus & prudētia in bonorū ma-
lorumq̄ delectu, & iustitia suum cuiq̄ tribuendo,
& fortitudine in laboribus periculisq̄ obeūdis: &
demum tēperantia in prātermittendis voluptari-
bus cōstātissime vtetur. Quas qdē virtutes & si
oībus meis ciuib⁹ inesse cupio, in te tñ ad quē hē-
reditas nominis nostri ventura est elucere pecu-
liariter velim, vt habeat ciuitas nostra quem imi-
tetur Platonis sententia qua admonemur tales so-
lere esse reliquos ciues quales sunt qui rempu. gu-
bernant. Sed iam finem s̄ placet faciamus inclinā-
iam sol, nisi quid prāterea vobis in mentē venit
qd̄ mihi exciderit. LAV. Nil prorsus habeo qd̄
amplius velim. PLA. Abunde satis satisfactū est
oībus. Reducamus cosmum: atq̄ deinceps ad vr-
bem proficiscamur. Quieuisse iam ludiones arbi-
tror: quorum petulantia hodie sum consecutus vt
alterum Socratem me audiuisse existimem. Dixit
multa Cosmus ne mētiar socraticam grauitatem
redolentia. LAV. Cōnabis apud nos Platina: atq̄
deinceps simul sine sole ad vrbem proficiscemur
ad eo p̄pinquum hoc nostrum rus est. PLA. Bene
admones modo cōnæ vestræ breues sint: & mihi
appetentiam relinquunt in sequētem diē. LAV.
Credis aut̄ aliter viuere q̄ prādicat: Platonis cō-
nam tibi appositam putabis, vel ex lege sumptua-
ria compositam: non secus certe ac si censores af-
futuri essent. PLA. Est igitur qd̄ hac quoq̄ in re a

De optimo ciue Liber secundus.

Cosmo perdiscā. Discumbant omnes ne quid incommodi mea causa familia capiat. Iube aliquid Cosmo substerni quo recumbat cōmodius: hominem, ut arbitror, longo sermone defatigauimus: si tamen docere et aliquid grauissimo viro dignū explicare labor potius quam voluptas est.

De optimo ciue Liber. ij. explicat.

Platinae Panegyricus in laudem amplissimi patris Bessarionis epi Sabini Cardinalis Niceni, & patriarche Constantinopolitani.



In vñq̃ tempus fuit quirites quo viderem Gręcorū morem, Latinorū ppe nouū repeterem: id certe hac miserima tēpestare faciēdū est: qua vel maxima quęq; virtus candidissimū qđq; ingeniū excellēs quatūvis doctrina & eruditio emergere ex tanta caligine & ignorantia vix potest. Tolerabilius pfecto videretur si virtuti a paucis cognita si in arcanis & penetralibus: quia tuto vagari non licet culta, saltem quiescere sine iniuria liceret, non etiā quorūdam hominū liore & malevolentia opprimere instant dolo, fraude, malicia, vique postremo quādo hoc occulte moliri conari non licet: spargunt inuidentię suę opacas vmbas: cōceptam rubiginem circūquaq; fundunt, quo suauissimas herbas & feraces plāras occupent atq; enecēt: ne si expectatos odores & suauissimos fructus aliquando ediderint ipsi tanq̃ infructuosae & infelices arbores excidant. Nos itaque Bessarionis diuini hominis sapiētia virtus amplitudo aliqua ex parte lēdarur: opprimi certe eū tanta sit tamq̃ excellēs nullo modo potest, Isocratem magnum oratorem & perfectē dicendi ma-

gistrū, & nostratib⁹ Pliniū, genethiliacū Mamerti
nū Nazarium latinū quoad fieri poterit imitati,
consuetudinem cum vtilem, tū necessariā multis
iam seculis intermissam reuocabimus. Hac em̄ ra
tione ad emulationem gloriæ excitantur, qui ma
gni ad virtutem erectiq; sunt animi, cum verā &
integram laudem his propositam vident, qui sa
pienter honeste iusteq; vixerūt, quorūq; vita om̄i
ex parte humano generi & utilis & fluctuosa est
habita. Cōtra vero a vitijs deterrentur n̄, nō pror
sus virtutem aspernantur, qui effrenata cupidita
te ducti perulenter audacter proterue ad fla
gitia declinarūt: cum perpetuas notas dedecoris
& turpitudinis frontibus suis inuri ab his vident:
qui scriptis rerum gestarum seriem, qui mores &
vitam hominum memoriæ posteritatis ad vtilita
tem humani generis commēdant. Verum hoc lo
co quiritēs cum vires ingenij mei cōsidero q̄ par
uē quāq; exiguē sint: non possum cognita amplitu
dine conspectus vestri non commoueri, & eo ma
xime quod mihi de eo viro dicendū sit qui ob ma
gnitudinem rerum gestarum quātumvis magnū
oratore m̄ nedum me ipsum inter studiosos bona
rum artū vix numerandum deterrere a dicendo
posset: recreat me tamen ac reficit, hortaturq; ad
dicendum humanitatis & pietatis vestre vulgata
opinio: qua qdē frater iam iam Bessarionis diuini
hoīs laudes dicere aggrediar: quē q̄ laudat, virtu
tē extollit: parui em̄ refert Bessarionē ne an virtu
tē laudes: nec mirū id quidē. Is em̄ ex vetere gr̄c
cia oriundus natusq; in Asia vtrinq; collegit gene
rosi spirit⁹ semina. Trapez⁹ sinopēsiū colonia hui⁹
patria est: sinopē condidit milesiū miletū Athe-

Panegyricus

niēses ex his vt a parētibz auis abauis nobilitatē
referens redundantiam asiani ingenij frugalitate
attrica compescuit: nec tm̄ Diogenem admiratus
est Timotheum, Deiphilum poetam, Thalē, Ani-
xamandrum, Anaximēnem, Hecateum, histori-
cum Aeschinē rhetorem illum qui in Pompeiū
inuectus est: licet ijagnationis iure p̄p̄inquire
essent, quin obseruauerit Socratis leporem, Plato-
nis copiam & amplitudinem, Aristotelis acūm,
Isocratis lenitatem & numeros, vim Demosthe-
nis. Ab oībz em̄ gentilitatis iure quod p̄babile,
quodq; optimum esset accepit, hēres tot ac tanto-
rum ingeniorum. Ex his igitur Bessarion animos
sumens: vbi primum e pueris excessit cura paren-
tum bizantium transmittit, celebrē quondam
vrbem & doctissimis hominibus liberalibzq; stu-
dijs affluentem, grāmatica celeriter ob acūm in-
genij & poetica imbutus, posthabita cura rerū hu-
manarum qua impediri cōtemplatio diuinarum
solet, totum sese religioni addixit: christi nāq; mi-
litiam secutus vt veram gloriā: verosq; trium-
phos parituram, Dositheo archiepiscopo dorien-
si vnici exempli moribus & sanctitate viro in pri-
mo tyrocinio tantæ expeditionis duce vsus est: cu-
ius virtutem regionem doctrinā adeo imbibit vt
idem breui factus videretur. Bessarionis ingenij
& mentē p̄pe diuinam ad cognitionem rerum ōe-
cularum & admirabilium vir sanctissimus con-
templatus adolescentē ipsum ad archiepiscopum
Sylēbriensem virum optimum atq; doctissimum
misit: vnde & oratoriā artē & philosophiam per-
disceret: sub quo certe tm̄ p̄fecit adhibita oī ad-
imitandum hominē cura studio ac diligentia, vt

iudicare postea difficilior fuerit melior ne bassarion an doctior haberetur. Postremo autē ne aliquid tāto ingenio deesset Platonē quē aliq̄ gemistovocant doctissimū praeceptorē & quē oēs secundum a Platone vocāt ī pelopōneso quo se cōtulerat doctrinae causa nactus mathematicis accurare imbuit. Vulgarium demū tāti hominis nomen est cōceptum: ut quo proficisceretur famā expectatio: expectationē eius optatissimus aduētus admiratioq̄ superaret. Existimabant tum homines eadem ciuitatem beatā fore ad quā venisset besarionis diuina virtus hūc itaque omnes certatim: ut cognitiōe & hospitio dignū succipiebāt: venerabant, obseruabāt. Cōcōiones & quidē frequētes atq̄ elegātes ad populos habuit (has grāci homilias vocāt) tāto cōcursu vtrēpla ipsa p̄ magna tātā multitudinē vix caperēt. Populos ad religionem, ad iustitiā, ad aequitatē, ad modestiā hortabatur, bonis prēmia malis poenas propositas ostēdens & quos mouere integritate vitæ ratioibus & exēplis nō poterat, eosdē obtestatiōibus precibus lachrymis ut vagos & errātes ī viā salutis reducerebat. Multos iter se ciuilibus & ītestinis odijs dissidētes aut corā oratiōe aut absens ep̄is sapiētissime & elegātissime scriptis ad concordia reuocauit. Hac tāta virtute mori Imperatores duo constantinopolitanus & trapezūtiū hūc vltro citroq̄ legatū frequēter mittētes vtriusq̄ ip̄i vires cōcarenebāt quo fortius & cōstātius ppulsare thursorū impetus possent, qui tāquā rabidi lupi inter vtrūq̄ positi occisionē vtriusq̄ ip̄erū diripiēdi expectabāt, qđ postea accidit cū magno totius reip̄ xp̄ianę dedecore ac detrimēto. Sublatis em̄ duo-

Panegyricus

bus claustris nunc sese ī aſiam, nunc ī europā gra-
uiſſima illa Thurcorū ꝑcella nemine obſtante ef-
fundēs lōge ac late oīa vaſtat, abterit, cōculcat, dē-
rīpiunt vrbes quantumvis magnæ, icendunt vil-
lę, necantur hoīes. Quod ſi aliquibus fortuna be-
li ꝑcepit, n̄ vna cū pecoribus eo terrarū ambigun-
tur: vñ nunq̄ in patriam ſine redituri. O miſeros
& iſfortunatos gręcos. O iſoēlices & calamitoſos.
O etiam ipſorū crudeliſſimorum hoſtiū lachry-
mis deplorandos. Dedistiſne oībus natiōibus ac
gentibus doctrinam & igenium vt ipī cōſilio ca-
reretis? Dedistiſ arma vt eiſdem poſtea corruiere
mini? Cōſtans eſt certe quirites oīm bñ ſententiū
opinio & eorum maxime qui ſuo ꝑiculo iſtarum
calamitatum gnari ſunt: duo illa iꝑeria nunquam
uiſſe corruiſſe ſi Beſſariō magni aī atque cōſilij
vir illis ī locis tum uiſſet cū tēpeſtas illa cōtra nō
gręcos tm̄ ſed humanū genus exorta eſt. Excitaſ-
ſet em̄ vir oīm vigilantiſſimus dormientē gręciā
aīmaſſet nimio ocio languentes aīos: ire ī hoſtes
ſuos & a ceruicibus tantam calamitatem auerte-
re quantam paſſi ſunt ſpe verę & itegrę laudis ꝑ-
poſita cōpulſiſſet. Verū eo abſente cum nemo eſ-
ſet, q̄ monendo, cōſultando, docendo, cohortan-
do gręcos ī officio contineret, capta ac direpta a
Thurcis cōſtātinopolis eſt: caſa multa ciuium mi-
lia, obruncatus iꝑerator: idem accidit trapezun-
tijs, idē mitylenęis, idē pelopōneſiacis ꝑincipibus
& ciuibus, idem reliquę gręcię, idem boſlinęſibus
q̄ & regem, & patriam, & vitam vno ſeuiſſimi ho-
ſtis iꝑetu amiſere. Beſſariōe iꝑo clamāte ac ꝑſeꝑe
Romanos ꝑōtifices admonente vt Macedōibus,
dalmaticis, illyrijs, ꝑānonijs hoſtium iꝑeum agre

sustinentibus auxilio essent: ne refractis claustris
 illic sæua illa & imanis bellua Eridano violentior
 Italiam iundaret: quod prope diem (utinam falsus
 sim vates) futurum videbimus nisi huic sapientissimo
 viro tanquam specula omnia, cernenti, clamanti, admo-
 nenti, istare magnam perniciem aliquando fuerit obre-
 peratum. Multum certe huic amplissimo patri de-
 bemus ad cuius res egregie gestas ne in hanc cala-
 mitatem veniremus libenter accedo. Is enim re constans
 tinopolitana nondum profligata orientalem ec-
 clesiam in sententiam occidentalis redigere cona-
 tus non prius destitit, rogando, monendo, imperato-
 rem ac principes Græciæ quæ eos impulerit grauissima
 oratione habita in Italiam ad eugenium pontificem
 maximum cōtendere. venire primo veneras, ac
 quod idem ferrariam ubi pontifex erat ibi grauem & ele-
 gantem orationem Bessario ad suos habuit eos ad-
 hortatus, ut cognita frequentibus disputationibus
 controuersiarum causa quæ latinos iter & græcos quin-
 gentis iam annis serpsit: posita omni simultate in
 eandem sententiam omnes tamen venirent: hac una oratione
 asserens ea demum recuperari posse coniunctis copiis
 collataque impensa quæ & Thurci quodam & Sarace-
 ni & Arabes christianorum dissidijs magisque armis
 proprijs frangi occupant. Dicebat enim quod
 verissimum est mahometanam perfidiam late cre-
 uisse dum religionis nostræ capita inter se dissi-
 dent: procedat ne spiritus sanctus a patre tantum ut
 græci a patre & filio (ut latini volebant) his enim
 controuersijs factum ut ad Mahometanos parti vi,
 parti sponte deficeret populi: dum christianæ religionis
 principes quid potissimum teneant incertos videt:
 hic amissam esse antiochenam ecclesiam, hinc hic

Panegyricus

rosolymitanam, hic Alexandrinā, hic deique oēm
ferme aliā & totā aphricā hanc pestē occupasse: &
quod grauius est, Europę quasdā partes iā iam in-
fecisse ac longius euagaturā ni propere sublati-
tam perniciosi cōtrouersijs ac pulsīs xpīanę reip.
hostibus ī possessionē veterē labore vigilijs ac san-
guine martyrū cōparatā armati cū vexillo cru-
cis peruenerit. permouit tāti virtutis auctoritas totū
cōcilium: permouit religionis honestissima causa,
permouit etiā imminēs ceruicibus oīm periculū.
Disputari tum acriter iter vtriusq; ecclesię theo-
logos est coeptū. Asseuerabāt gręci epō ephesino,
platone, scholario, dionysio epō sardēsi grauissi-
mis auctoribus spīritū sanctū a patre tātum pro-
cedere. Instabāt cōtra latini a filio qđ idē fieri au-
ctoritate veterū theologorum: maxime vero hie-
ronymi augustini & athanasij id cōprobātes. Re-
autē ipsa adhuc pendēte florentiā proficisci pōti-
fici & curię visum est. ibi cū de re ambigua aliqua
diu disceptatū esset venire tandē gręci ratiōe ac
bessarionis auctoritate moti ī snīam latinorum. Is
em̄ & si acriter suos primo turatus est tandē veri-
tate illucescente in orthodoxā ecclesiā Romanā
non solū descēdit verū etiā suos vt idē facerēt ad
salutē disputationibus & graui oratiōe adhorta-
tus est. Vnum tandē aīm vnā mentē idē spīritus
sanctus p qđ disceptabatur oībus dedit. Ventū tā-
dē in concordiā & symbolum Romanę ecclesię
ab orientali publice decātatur. Solutō demū cō-
cilio īperator Constantinopolim cum suis reuer-
sit. Eugenius autē pōtifex cognita bessarionis sin-
gulari virtutē & doctria hominē licet absenti ex
sentenciā fratrum ī numerū cardinalium cooprat

accersitur in curiā Romanā vir amplissimus : vt
 vnus aliquis quirites Romæ etiā e græcia ingenio-
 rū altrice doctrinarū iuētrice quē admiraremini,
 quicq; vicissim hāc vestrā ciuitatē dominā quon-
 dam rerū nunc collapsam magna ex parte ac ppe
 disruptam i meliorē formā redigeret: homo certe
 romani nominis amantissimus. Accepto autē de
 more galero isigne cardinalatus ita breui homo i-
 geniosus & acutus latinorum mores & literaturā
 imbibit vt ex nostratibus vnus & nō alibi natus
 videreſ. Frequētabant tunc quoq; eius domū ple-
 nam religiōe comitate & gratia plenā ingenijs tū
 græcis, tū latinis: viri ex tota curiā doctissimi: hos
 vel iter se differētes vel aliquid qđ ad cognitionē
 liguſ pterneret laudātes (vt fit) refellētes vt ita at-
 tēte audiebat vt ex abūdantia ingenij animiq; p-
 spicacia disceptatiū arbiter prope modum fieret.
 His artibus & ea vigilantia qua maxime oēs ex-
 cellit breui effecit: vt qđ græce itea i quouis gene-
 re doctrinæ perceperat id latina ligua apte distin-
 cte & ornatē efferret ac scriberet. His studijs vehe-
 menter d electatus nunq; tamē quicquā omisit qđ
 aut publice ex officio aut priuatī agendū esset ad
 oīa prōptissimum ingenium dextrerrimam mentē
 ita circumferēs: vt nil a bono patrefamilias & ab
 optimo principe differret. Hac tamen insigni vir-
 tute & magnitudine aī permotus Nicolaus quin-
 tus in locum demortui Eugenij pōtifex Maximus
 suffectus Bessarionem ad res agendas aprissimū
 & ad omnia mala præcauenda vigilantissimū bo-
 noniēsis iam pridem scuitia partī intestino bel-
 lo laborantibus legatum cum summa auctoritate
 præficit. Is eo proficiscens effusa obuiam vrbana

Panegyricus

multitudine non aliter ab omnibus inspicitur ac
fidus benignum & salutare a periclitantibus nau-
tis & pene naufragiis inspicere ac consultiari solet. Quā-
quam hominis huius quirites maior sit laus quam
sideris: illud enim duas res se & eo amplius na-
ues benigno intuitu conseruat: hic tantam ciuita-
tem præclaram quondam Romani populi Colo-
niam hominum ad arma & literas alicui oculis
omnia circumspiciens mente præuidens ac dispo-
nens lingua admonens deterrensve manu insana-
bile vulnus & contagiosum abscindens ab interi-
tu & prope ab inferis reuocauit. Notæ sunt ciuita-
tis clades plus quā ciuiles: dum factio bentiuola &
cenedula principatu contendit: alentibus seditio-
nem, hinc philippo vicecomite, hinc Venetis, hic
principe Ferariense instantibus etiam duabus mili-
taribus factionibus brachiana & sfortiana quæ do-
minatum appetentes hanc ciuitatem veluti arcē
Italiæ occupare armis ac fraude p̄sepe conati sunt.
His enim ac tantorum malorum auctoribus ad id
seuiriæ ventum est vt eodē die & Hannibal ben-
tiuolus & Baptista cenedulus cum multis vtrius-
q; factionis tota vrbe tumultuante vno ip̄etu ce-
derentur: nullo non crudelitatis genere adhibitos
& ne vlla requies calamitosus daretur superuene-
re sepius externi hostes vrbe oppugnaturi ni bes-
saronis sapientia ciues ad concordiam reuocans
externum hostem rabidum & voracem a visceri-
bus ciuium bononiensium propulsaret. Respiran-
te deinde paulatim (tantum mali inerat) ab exter-
na vi iustinoq; malo ciuitate totum sese vir opti-
mus ad cōponēdos mores ciuiū licētia bellica cor-
ruptos & labefactatos vertit: quæ certe hac i re ni-

hīlæque iuuit. quā eius religio pietas iustitia con-
stantia abstinentia grauitas comitate cōdita. Hac
enim ratione sine vlla vī quorundā hominū ar-
rogantiam repressit: libidines extinxit: cupidita-
tes refrenauit: cum fieri haud grauate consueue-
rit: vt eos mores imbibant homines quos in prin-
cipe tanquam in speculo totius ciuitatis viderint.
Hunc em̄ oēs nō priuatas cōmoditates quærentē
sed publicas, non ocio, sed negotio deditum, non
somno sed vigilijs ita cum admiratiōe ītuebātur
vt beatos se demū fore arbitrarentur: si aliqua ex
parte Bessarionis integritatē attigissent. Ad hu-
ius itaq; mores sese effingentes ex calamitosa fœ-
licem breui ciuitatem reddidere. Sublati enim se-
ditionibus extinctis incendijs furtis rapinis homi-
cidijsq; repressis, per facile fuit viro huic grauissi-
mo adhibita facilitate, ī audiendo lenitate, ī dicen-
do diligentia, ī satisfaciendo, populū Bononien-
sem ad bonam frugem reuocare. Quem em̄ vidē-
bant iustissimum, quē modestissimū hunc tanquā
de cœlo missum ea præserti tēpestate venerabant
colebant & obseruabant. Huic tantæ auctoritatī
magnū additamentū doctria eius singulariserat:
qua p̄beatas fieri posse respu. Plato īgeni ac sapiē-
tiæ facile princeps existimauit. Doctria em̄ potesta-
ti adiuncta vel vitiosissimā quāq; naturā mutare
posset: nedū bonā ad bñ de oībus p̄merendum ī-
pellere. Hæc em̄ facit vt p̄uiciarū præsides vrbīū
q; nō solū se faciles præbeant ī cognoscēdis causis
hoībus audiēdis admittēdisq; maiorū exēplo q̄rū
res gestas legerēt verū etiā eosdē admonet vt cū
ipsi sint optimi suorum cupiditates refrenēt pecu-
lantiam reprimāt auaritiā coerceāt quod quidem

Panegyricus

Bessarion maxime obseruauit toto quinquennio quo bononiensi vrbī præfuit: ne suorum licentia & cupiditas quod per sæpe multis accidit tātā sapientiæ & integritatis laudē cōmacularet. Cōposito hunc in modū ciuitatis statu quo iam bononia xx. anno fœlicissime vixit: & nititur gymnasium vetustissimū negligētia & seditionibus ciuium pœne intermissum & collapsum non modo ædificiis verum etiā institutis & melioribus salariis instaurare ac restituit conductis quāuis grandi precio liberalium disciplinarum doctoribus. Excitabat adolescentes ad studia bonarū artium proposita præmij atq; honoris spe: multos ob inopiā a studiis defecturos liberalitate & munificentia sua iuuit & instituto cōtinuit. Quid plura de amplitudine huius optimi patris dicā quiritēs, q̄ iuste, q̄ prudēter, q̄ modeste, q̄ clemēter coloniā vestrā bononiēsem gubernauerit, erexerit ī pace retinuerit, ex hoc deprehendi potest qđ postea more maiorum bononiēsiū patronus apud pōtīfices semp est habitus. Illius em̄ ciuitatis legati huc veniētes hunc hominē añ oēs ad eunt, salutant, cōsulūt, cōsultum comitātur, reducunt quod est maximē integritatis & cōtinentiæ signū. At Bessarion mortuo Nicolao v. cū in locū eius suffici alterū pōtīficem necesse esset Romā veniens lachrymantibus bononiēsisibus quasi a patre destitutis cōclauē ingressus quorundā patrū & optimorum suffragio Pōtifex designatur quātū vero absit maximis ipe rñ prouicijs & ciuitatibus liuor atq; iuidia cōprehendi certe hoc loco potest: quidam enim statim suborti sunt leues & voluptuosi qui Bessarionis integritatē & modestiā veriti dicerent suffragia

vitio inita denuo repetenda esse. Nō obstitit vir
 optimus quo minus id fieret existimans, qđ ve-
 rum est pontificatum sua persona plus indigere q̃
 se pontificatu ad integram gloriam, qua profe-
 cto carere iam non potest: eo em̃ existimationis &
 famę vir amplissim⁹ deuenit, vt nulla ei vlterius
 dignitas ad veram fœlicitatem sit requirēda. Do-
 lere nostrā vicem & totius reip. christianę nō eius
 debemus qđ tali caruimus p̃cipe, & hac potissi-
 mum tempestate qua p̃ter externum hostē qui
 ceruicibus nostris armatus cōtinuo imminet aua-
 ritia libido ignorantia, dei atq; bonorum hominū
 cōtēptus intestina & grauissima mala nos vrgēt,
 opprimunt, enecant nemine iuuante. Hoc pontifi-
 ce indigebat religio christiana lacerata nō minus
 a vitijs nostrorū q̃ ab externo hoste vt aliquñ respi-
 raret hūc pontificē mores nr̃i regrebāt oī ex parte
 labefactari huius pōtificis opa indigebant bonarū
 artiū studiosi & in quib; facultate industrīę q̃ nunc
 tanq̃ p̃phani cōtēnūt, reñciunt & eliminant. Non
 destitit tñ Bessarion calistū monere & horrari vt
 interpolita auctoritate pōtificatus sœuētē hostē a
 ceruicib⁹ christianorū ppulsaret. Ad hoc qđ bel-
 lū adhortatus est Alphōsum Aragonię regē dū a
 balneis puteolanis quę adierat valetudinis causa,
 Neapolī pficiscit. Ad cryptā neapolitanā rex ma-
 gno comitatu honoris causa Bessarioni sit obuiā,
 eūq; nullo nō comitatis & beneficētię gñe adhibi-
 to ī vrbē ducit. Acceptū laute & magnifice, abeū
 rēq; eodē semp & venerat⁹ & psequut⁹ est vultu.
 Mortuo deīde Calisto Pius secūdus ī ei⁹ locū suffe-
 ctus cōuētū Mātuanū adhortāte Bessarione xp̃ia-
 nis oībus ad terrā diē decreuit quo oīm principū

Panegyricus

& populorū cōsensu bellū thurcis idiceret cōuenire
 eo p̄cipes multi aut legati regū aut principū,
 q̄s Bessarion post Piū p̄tificē ad cātū & tā necessa-
 riū bellū eleganti orōne quā in manibus habemus
 adhortatus ē. Atq̄ cū huic tanto apparatui ger-
 manorū p̄cipū iter sese bella obstarēt eo mittere
 Pius Bessarionē virū grauissimū legatū istituī, q̄
 rebus ī Germania cōpositis īperatorē Federicū ac
 reliq̄s p̄cipes ad bellū thurcis idictū adhortaret.
 Vadit vir optimus licet galetudinarius etiā hye-
 me istate q̄ pius īperat venetias pado ane primū
 delatus ducē ac senatū ad suscipiendū tm bellū ad-
 hortatus in Germaniam honesto magis quam lau-
 ro & eleganti comitatu flectit iter. Sæuiebat tum
 hyēs Februario mēse ī germania potissimū q̄ re-
 gio frigidissima est. vexatus itaq̄ cū v̄etis tū ibri-
 bus, tū niuib. ac p̄pe cōtinuis nullū diē intermi-
 sit q̄ vltērius nō p̄ficisceret & cū stare pedibus eq̄
 p̄re glacie vix possent vehiculo germanorum qd̄
 traham vocamus nō vectus sed tractus est: tandē
 ¶o post labores p̄pe infinitos norimbergā venit:
 obuiā p̄deūte honoratissimo q̄q̄ ciue p̄deūtib.
 ep̄is ac toto clero vrbē īgressus l̄ris statī ac nūtijs
 p̄cipes germaniē ad se vocat: pplm q̄q̄ Norim-
 bergēsem vt idē faciat lōga ac graui orōne adhor-
 tat id velle ostēdēs deū optimū maximū id Pium
 p̄tificē id res xp̄iani ppli afflictas p̄pe ac p̄fliga-
 eas. Supuēnere autē nō ita multo post auctoritate
 sedis ap̄licę & cātī viri fama p̄moti p̄cipes multi
 vel p̄cipū oratores: hos em̄ in cōuētu audita cō-
 trouersiarū causa ad pacē & cōcordiam multis ac
 maximis rōnibus reuocare, sæpenūero conat⁹ est.
 Quid nō cogitauit, qd̄ nō egit, qd̄ nō dixit Bessa-

rio quiritēs, q̄ pacē inter dissidētes cōponeret: ad-
 erant p̄cipes multi, aderat cardinalis Augusten-
 sis, aderāt ep̄i qdā, aderat Albertus brādiburgen-
 sis marchio, aderāt legati Baiouarię ducis hos du-
 os p̄cipes iter se maxie dissidētes: odio p̄pe inge-
 nito, & monere & rogare & obsecrare vir optim⁹
 nō desinebat, copiosa & graui orōne de pace habi-
 ta, quā pauloante cū admiratiōe legim⁹, vt deposti-
 tis simultatib⁹ & odijs de bello thurcis īferēdovna
 cū pōtifice & īpatore cogitarēt. Ecce dū ī cōsul-
 tiōe essent, l̄r̄ ei a legato pānonię scti angeli cardi-
 nali reddunt, q̄bus sit certior, pugnātū cū thurcis
 esse, & pannonios graui p̄lio supatos cessisse: picu-
 lūq; īminere ne hostes victoria elati longe ac late-
 oia occupēt, vastēt & diripiāt. Tū Bessariō lachry-
 mabūdus ac vicē xp̄ianę reip. gemēs, breuiter cla-
 des oēs n̄ris illas cōmemorat, īminēs piculū ostē-
 dit, pacē & cōcordiā pponit, q̄ liberius & tuti⁹ cō-
 iūctis armis & copijs ire ī hostē. Mocē & recentī vi-
 ctoria exultantē liceat. Cū autē norībergę nil fieri
 viderēt, qd̄ eo p̄pter distantiam pficisci Rhenani
 principes grauarent, maxie ꝛo Palatinus comes,
 trāsserre cōuentū vuormaciā legatus instituit, ne
 qcq; intentatū relinq̄ret, qd̄ ad sedandas lites pri-
 neret. Ventū est tādē post multa & grauissima pi-
 cula Vuormaciā: neq; em̄ pagrare germaniā sine
 p̄sidio militari licet: qd̄ ap̄d eos (tm̄ valet cōsuetu-
 do) rapinę & latrocinia qdāmodo cōcessa vident̄.
 Susceprus benigne a Vuormacēsibus bessarion, le-
 gatos tū īpatoris tū aliorū p̄cipū ad se vocat, qd̄
 sit agēdū pponit. Disceptrat nec semel tm̄, sed iterū
 ac tertio. Mittit ep̄os viros grauissimos & optios,
 q̄s secū habebat ad vicinos p̄cipes, ne quid omis-

Panegyricus

teretur qđ ad concordiam faceret. Vbi autē nihil fieri tāta sollicitudinē videret monēdo, rogādo, obsecrādoq; viēnā p̄ficisci ad īperatorē instituit oēs adhortatus vt eo se p̄pere cōferēt, arbitratus Cæsaris p̄ntia & auctoritate rē optatā ex sentētia cōfici posse: magnisq; dē atq; asperis itineribus eorādē ventū est. Fit obuiā Bessarioni īperator ad mille passus: eūq; nullo nō adhibito honoris gñe i vrbē ducit. Dara est t̄mmodo dies quieti: postera ȳo cū legatus ad īperatorē cōtra īperator ad legatū p̄ficisci honoris causa contenderet: puicē īperator ad Bessarionē pergens q̄ cū & de pace cōponenda īter Germaniq; p̄cipes & de bello thurcis īferēdo lōgissimus & grauissimus sermō est habitus. Cum itaq; p̄cipes & legati multorū venisset de eadēq; re q̄ lēpissime oī conatu frustra tractatū esset: p̄posito ipsius p̄uincię emolumento & honore redire eādē i Italiā lū● foeliciissimā legatus instituit: ne frustra & tēpus & corp⁹ valetudinariū frigoribus & labore itinerum ac tēdio animi cōsumeret. Inter exteras gētes gr̄cis ac latinis natura infestas periclitatū est sapius dū temulēti & armati, nō solū in agris sed in vrbibus grassant. Viennę autē vbi potissimū gymnastici quis licētia & petulācia vtunt. Rediēt eādē post bienniū Bessariō vester quirites, vt quē abscētē Roma desiderabat, cupiebat, & votis optabat, p̄sentē deniq; itueret, admiraret, venerareturq; vt ecclesię Romanę vnicū columē, & patrię vestrę parentem. Nō destitit tñ vir optimus & sapientissimus Piū pōtificē hortari vt p̄ssimum bellū iam ante cōtra īpios decretū amplecteret: hāc ob rē cū Pius anconā vnde moturus erat in hostem p̄ficisci instituisset: ibiq; classē vndiq;

venturā a xp̄ianis expectaret Bessarion ad vene-
 ros p̄pere cōtendit sedis apostolicę legatus: cuius
 auctoritas tātū valuit, vt ducē & senatū ad id bel-
 lū ipulerit: paratę triremes a venetis sunt dux clas-
 si p̄ficiē, nauigat anconā, eo & Bessarion senex ac
 ibecillis ob valetudinē cū triremi suā ip̄sa structa
 armata cōtendit. At v̄o ī tāto apparatu Pio pōti-
 fice mortuo cum omēs passim dilaberent: ipse q̄q̄
 Romā ad ineunda p̄ nouo pōtifice suffragia reuer-
 tit: q̄ creato cū oīa ad ocium spectarent īgenio suo
 & doctrina fretus, q̄cqd ocij a rebus publicis daba-
 tur totum id ad scribendum cōtulit homo oīm so-
 lertissimus. Cum p̄desse coram amicis aut peri-
 elitātibus nō posset eos literis, pietatis & humani-
 tatis plenīs, admonuit, erudīr, a malo deterruit,
 ad officiū si qua in re deliqrunt reuocauit: harum
 extat numerus p̄pe infinitus, tum gr̄ce, tū latine
 scriparū. Duas scripsit duorū locorū laudatiōes &
 patrię trapezundos, & Isthmū adeo elegāter & ab-
 solute, vt puicię ip̄sę & benignitate cōli & vber-
 tate & frugū oīm & portuositate litrorū, atq; hoīm
 ingeniosorū & fortissimorū copia, cuius puicię cō-
 ferri posse viderent. Nō dico q̄ docte, q̄ memoris
 ter horum locorū respu. & q̄cqd in his tū bello, tū
 pace gestū sit, cōmemoret, describat, noter, facie,
 id q̄dem adeo ingeniosę & accurate, vt res ip̄sę nō
 descriptę, sed ab eodem institutę & gestę videan-
 tur. In cōsolatiōibus tribus quas ad Imperatorem
 Cōstātinopolitanum ī morte vxoris habuit ad cō-
 stātiā & fortitudinem hoīem ipsum pluribus ratio-
 nibus reuocat: v̄ his grauissimis & sententijs osten-
 dens nil noui eius maiestati accidisse cū mors oī-
 bus sit: nō dico cōe malū sed receptraculū a malis,

Panegyricus.

Si bene ac cōstāter vitā duxerimus, quē admodum
reginā ipsā vixisse oñdit. Cōfutaui acerrime gra-
ui & copiosa orōne eos, q̄ p̄tinaciter nimis assue-
rant dictū illd̄ Ioanis de petro, sic eū volo manere
qd̄ ad te, cū dicēdū sit, si eū volo manere qd̄ ad te.
Hoc autē p̄bat & doctissimorū hoīm autoritate, &
gręca l̄ra q̄ Ioānes euāgeliū scripsit, & latina locu-
tiōe, a q̄ mod⁹ ille dicēdi lōge abhorret. Sed adeo
copiose i aduersariū surgit q̄rites, vt nullū p̄pe er-
ratū aut vitio interpretū cōmissū, aut negligētia li-
brariorū, aut id curia legētiū, i tota scriptura sacra
p̄termittat. Apit oīa, disputat, refellit, docet. Eodē
dicēdi ac disputādi corrēte Ephesini ep̄i opinionē,
asserētis sp̄m sc̄m a p̄re t̄m p̄dire, acerrime confu-
tat. Sct̄i Bessarionis vñ ipse nomē accepit p̄fē p̄-
rēris, ac patroni vitā diligenter ac copiose scripsit.
Sct̄i Francisci ordinē, cuius patronus habet cōstan-
ter ac sapienter tutatus est. Nō est passus quempiā
bene de gñe hūano meritū maledicētia post mor-
tē lacerari. Vñ acerrime i calūniatorē Platonis i-
surgit eo volumīe & qd̄ diuino, qd̄ nup̄ magna
cūv̄ta expectatiōe edidit. Quā grauis sit i laudan-
do, acerbis i vituperādo, i sentētijs argutus, i dis-
serēdo subtilis, cōfutādo acer, ex hoc libro cōpre-
hendi pōt, i q̄ reꝝ oīm diuināꝝ atq̄ hūanarū scien-
tia, tanq̄ i sacrario reposita videt̄: hinc est certe qd̄
hauriāt theologi, philosophi, mathematici, orato-
res, dialectici, & qd̄ uis genus hoīm ciuiliū ac stu-
diosorū. Nullā sectā philosophorū p̄termittit, q̄nō
nolet: qd̄ q̄sq̄ dixerit, qd̄ p̄bari improbari ve pos-
set, oñdit: vt Pythagoreorū nimīa pietatē, Cynico-
rū rusticitatē, Stoicorū austeritatē carpit, ita pipar-
eticorū & veterū Academicorū mediocritatem

laudat: extollit Aristoteli, Platonē phōrū principē
 facit: q̄ cū plura xp̄ianis oñdit cōuenire, q̄ cū aliq̄
 phōrū: neq̄ id qdē theologorū n̄torū autoritate
 tm̄modo pbat, verū etiā syllogismo & rōnib⁹, q̄
 bus aduerlariū ita circūagit & opprimit, vt neq̄ q̄
 se recipiat calūniator diuini Platonis habeat: neq̄
 qd rñdeat obrutus argumētis satis inueniat. Hūc
 siq̄dē Homuncionē vir amplissim⁹ ita iterdū de-
 ridet, seruata grauitate dignitatis, vt fateri cogat
 se nō modo itellexisse Platonis mētē, quē hic no-
 uus carneades iperitiq̄, turpitudinis, incōstātiq̄ ar-
 guit, sed ne ligūq̄ qdē grēcq̄ pprietatē tenuisse, cū
 ipse grēc⁹ sit, & Platonis leges nō latinas facere, sed
 deprauare conat⁹, philosophi sentētiās euerterit &
 obscuriores reddiderit. Quāta fuerit huius auda-
 cia quirites aīaduertite quēso. Hic em̄ ac si i quis
 sciētia, doctrina & antigrare solus doctōr gētiū &
 haberet, solus pagrasset orbē terrarū discēdi cau-
 sa, quicqd vbiq̄ arcanū & recōditū est, vt Platonē
 & Pythagorā fecisse intelleximus. Solus i publicis
 europæ gymnasijs gorgiē leōtini & Archelai mo-
 rem a Socrate derisum vsurpasset, q̄stionē. s. in cō-
 uentu & corona hoīm poscēdi & iubere dicere: q̄
 de re qsq̄ vellet audire, nō eo temeritatis p̄gredi
 certe debuisset, vt doctissimū Aristoteli cū diuio
 Platone, discipulū acutū cū amplissimo p̄ceptore
 cōferret ac cōmitteret: huius tñ audaciā nil nobis
 obfuit quirites, imo vehemēter pfuit: & si cui li-
 ceret optare vt aliq̄s peccet, id certe nobis adeo p̄ci-
 bus exposcēdū fuit. Hac em̄ indignitate cōcitratus
 Bessariō, oēm oīm philosophorū q̄ vnq̄ fuere sen-
 tētiā explicat, & qd maxie optandū erat, doctrinā
 & mentem Platonis a nemine fere iuniorum co-

Panegyricus.

gnitā, ita explicat & aperit vt per facile appareat
oēs sectas, q̄ sanū aliqd sapere vident, ab ipso Plato
ne tāq̄ perēni & huberrimo fōre manare. His reb⁹
q̄ grauissimę sunt & totū hoīem ppe requirūt, intent
tus p tpe Bessarion, nil tñ vnq̄ omisit qd̄ ad offi
ciū cardinalatus p̄tineret. Rē diuinā & domi & fo
ris nunq̄ intermitit. Senatū frequētat, i q̄ secūsus
a pōtifice habet. Sētētiā in cōsultatiōibus grauiter
& cōstāter e rep. xp̄iana tuet: cliētibus & familiari
bus apud pōtificē p̄ociniū suū p̄stat. Circūuentos
malorū fallacijs adiuuat, bonos & doctos ad melio
rē fortunā & honestiorē dignitatis gradū cōmēda
tiōibus suis grauissimis ac p̄prijs facultatibus in
terdū erigit, familiā domi alit, in vtrāq̄ lingua eru
ditissimā & i quis facultate doctissimā. Vestri illi
maiores gr̄tes viros doctissimos i cōtuberniū suū
recipiebāt discēdi & philosophādi causa, vt Scipio
Africanus Enniū poetā, Panetiū philosophū, Poly
biū historicū Luculli Catones & hortēsi Archiā
poetā, Cicerones Cratippū philosophum, Cn. Pō
peius Lenēū libertū, Augustus Cēsar Apolloniū
pgamenū: mltos q̄ id fecere nō de Romanis tantū,
sed etiā de externis cōmemorare possē. Hęc tñ bes
sariōis sit p̄cipua laus, qd̄ suos nō religione tantū &
moribus ad bene viuēdū iſtituit, verū etiā l̄atura,
eruditiōe, doctrina ita iſbuit, vbi a negocijs publicis
vacat, vt i de quēadmodū q̄ridie cernim⁹, multi &
qdē docti, tāq̄ ex equo Troiano (vt de Iſocrate ait
Cice.) continue p̄deār, ac plures ppe quā ex reliq̄
Ro. curia. Quid deest nicolao perotto archiep̄o Sy
pōtino, qd̄ ad mores & doctrinā faciat? Grauis p
dignitate, comis & hūan⁹: scribit ac dicit elegāter
& copiose: sed q̄ gr̄ca latia meli⁹ faceret, nō ad

huc ætate nostra inuentus est. Quanta sit Theodorigazæ viri optimi doctrina & eruditio tum græta cum latina ex hoc vel maxime deprehendi potest: quod omnes bonarum artium studiosi de aliqua re ambigentes hunc adeunt ex tota ciuitate vt oraculum totius eruditionis ac disciplinæ: hic & si græcus sit ita latine scribit, vt nullā hospitis speciem præ se ferat. Non est omittendus Ioannes Gattus theologus philosophusq; insignis, non Valerius Viterbiensis eruditione doctrina cum quouis optimo ætatis nostræ medico cōferendus, non andronicus græca & latina lingua apprime eruditus. Sunt & in eius contubernio qui pontificium ac ciuile ius quicq; mathematica optime teneant. Subsequuntur & iuuenes quidam qui validiores facti cāquā generosi pulli & ex optima prole sumpti non tubam aut campanam reformidabunt. Hi fructus obruuntur vndiq; ad vbertatem nō minus ciuitatis: sed totius prouinciæ Bessarionis opera & impensa: qui non vna in re tantum liberalissimas manus sed in pluribus circumfert. Miseratus græcorum calamitatem multa numum milia aureorum pro redimendis captiuis expendit: puellas multas inopia parentum marito carentes ære proprio dote facta nuptui collocat. Inopes & validudinarios continuo iuuat: ædes sacras aut instituit, aut collapsas vetustate reficit: quod idcirco templum apostolorum in vrbe vbi sacellum sibi condidit & secessus cryptæ ferratæ beatæ virginis dicatus. Domum quoq; sibi parauit ita dignitati & facultatibus congruentem: vt neq; melius quisq; neq; modestius ī vrbe habitet. Accedēres & quidem frequenter libenter admittit: audit & quod

Forte ob
oriuntur.

Panegyricus

fiert ad eo amicorum causa potest: doctorum presertim quorum patronus est: id se libenter facturum repromittit. His vero de suo tantum interdum donat: quantum ei per domesticas impensas licet. Bibliothecam graecam triginta milibus numum aureorum emptam Venetijs extruxit: ne omnino graeca litteratura deficeret. Vidit enim eam urbem propter vicinitatem & navigationem grecis a barbaris vexatis esse per commodam. Ornabit & hanc vestram ciuitatem latina suppellectile si ei aliquandiu viuere licuerit. Hunc itaque hominem qui rites: qui ob suam singularem sapientiam, constantiam, fidem, pietatem, fortitudinem, humanitatem, gratiam, eruditionem, doctrinam facit quominus, Socrates, Platonem, Aristotelem, Gracchos, numas, varrones, brutos, sulphitios, carones vestros desideretis: hunc inquam omnium hominem bene de optimo quoque & industrio meritum: colite obseruate: ac frequentibus laudibus celebrate: Hac ratione (tanta est auctoritas vestra) & bonorum ingenia ad virtutem excitabitis proposita gloria optima ad excitandos homines calcaria: & malos a vitio deterrebitis: cum a vobis post haberi aut notari flagitiosos dedecoris ac turpitudinis nota videbunt. Ego vero maximas vobis gratias ago quod me audire quouis modo loquentem volueritis: maiores tamen habiturus si vos quoque Bessarionem patrem amplissimum quouis praconio dignum laudibus vestris quae grauissimae sunt celebraueritis.

Ad Paulum, ij. pon. max. Platine oratio de pace Italiae componenda & bello thurcis indicendo.



SI cui vnquā pro cōseruata vna atq;
item alia ciuitate gratiæ sunt actę, ea
hoc potissimum tēpore Pauli pon.
maximī laus est: qua vel laudatissi-
mum quęq; iure ac merito antecel-
lat. Is em̄ cōsilio quo valet plurimū prudētia qua
cuncta moderatur & regit, constātia cuius admi-
niculo vt firmissima ancora non solum Petri na-
uiculā a pcellis & fluctibus tueť: verū etiā vitam
oīm nīm bona fortunas parentes liberos domici-
lia ciuitates Italiā totā Europā ex flāma ferro atq;
omnigñe crudelitatis & sēuitiē vna denūtiatiōe
pacis eripit ac cōseruat. Ardebāt cūcta bello: sol-
licitabant pollicitatiōibus ī ptes pīcipes ac ppī.
Noui cōscribebātur exercitus veteribus supple-
menta addebant: comeatus oīfariā ad tm̄ bellū iā
parati erāt. Verū Paulus diuīo nutu collegio car-
dialiū adiuuāte: auditis psæpe partiū legatis æqs
pacis cōditiōes ī mediū ponit auersurus a ceruici-
bus Italię a visceribus ciuitatū ab euersiōibus vr-
biū nīrariū oēm vī in īmanissimū Thurcū. Omētē
hoīs ppe diuinā: O singularē sapiētīā: O charitatē
erga xpīanū genus īexplicabilē. Qd' viuim⁹, qd'
spiramus, qd' fruimur pace ac liberallore vita tuo
id mūere fieri nēo est q ābigat. Tibi deiceps qd
nobis fortuna aut īdustria dederit: id oē merito
tuo referemus acceptū. vilior erit post hac anno-
na: liberior mercatura mari ac terra: āplior ac co-
piofior agricultura quodq; voluerim⁹, aut negocij,
aut animi causa sine hostili metu migrare nobis
licebit. Egisti nimirum paule quod pontificē de-
cet. Curāda est tibi creditarum animarum salus.
Curāda populorum ac pīcipum cōcordia. Reti-

Oratio

nendi admonitiōibus & cēsuris i officio sunt, qui aut superbia, aut avaritia, aut cupiditate dñandi melioribus vī inferre ac iuriā facere tenuioribus conantur. Tu vnicus diuino nutu ac patrum oīm cōsensu ex ordie cardinalium delectus es, qui xp̄ia nā repu. regeres ac gubernares, qui leges, qui plā biscita, qui mores prouiciarum ac populorū s̄qua lāce temperares. Ad summā laudē paule nil tibi pręter bellū thurcis idictū ac cōfectum deesse video. Hic em̄ ōnis tua laus rāquā ex optimo gymnasio æternitatem capiet. Graue est fateor hoc bellum & periculolum sed multo grauius vt icendiū inter cōdēsa tecta futurum est: ni obuiā s̄xuiēri hosti terra & mari itum fuerit. Is em̄ sedentibus christianis socordia & avaritia pr̄cipiū in Europā cū magno exercitu trañciēs capta cōstāriopoli ac direpta magnā pr̄tē Thraciæ, Macedoniā, Thessaliā, Boetiā, Achaiā, & rotā ferme Epirū addo etiā pelopōnesum vi cepit: pręť pauca oppida & ea quidē maritia quæ a venetis fortiter & cōstāter sunt defensa. Reticeo mortes duorum i peratorum cōstāriopolitāi scilicet & trapezōtī. taceo regis Bos sinę ducis seruię ac multorū xp̄ianę religiōis pr̄cipum vna cū pp̄lis & natiōibus iteritū. Is occasiōibus illectus hō oīm crudelissimus ac dñandi cupidus, pānonias magnis iuicē illatis acceptisq; cladi bus cum ingēti exercitu s̄pe igressus est: resistere fortiter ac cōstāter vngari. Idē fecere epirotę & illyrii idem postremo veneti terra mariq;. Quibus bellis declaratū est plus spei hostē idiscordia christianorum quā in virtute & fortitudine suorū reposituisse. Excitare hac p̄fecto animos hoīm atq; in flammare: potius q̄ deterrere ad tantum bellum

tanq̃ necessarium debēt. Diutius tñ differendum
 nō est: ne qui vsq; ad hęc tēpora cum magno suo-
 rum iteritu, barbarorum īpetus sustinere dimican-
 do & sua tuendo nunc demum derelicti vngaro-
 rum exēplum imitati Thurcis se suaq; oīa dedant.
 Cōqueruntur tum deniq; homines libere: & trāsi-
 tiōis qñ a vobis destituti videbuntur honestiorē
 viā putabunt tñq; quod etiā atq; etiā cōsideran-
 dum est additamēti hostibus potentissimis acce-
 det q̃ tum vobis adēptum fuerit. Adde quod ho-
 stibus audacia & vectigal nostris timiditas & io-
 pia crescet. Omitto vtilitatē quę quā magna futu-
 ra sit negociātes & mercatores Europę qui cōmī-
 grare emolumēti causa añ hoc grauissimum bel-
 lum solebāt cum gemitu cōmemorāt & spe pleni
 loca illa amoenissima ac fructuosissima ī potestate
 xp̃ianorum aliqñ vētura vtilitatē exoptatā expe-
 ctāt. Omitto inquā vtilitatē quę etiā si nulla extra-
 ret debellato hoste tñ ad delendā ignomiā su-
 perioribus tēporibus negligētia & avaritiā eorū
 ad quos maxie attinebat acceptā bellū suscipien-
 dum esset. præcipue vero cum hęc īmanissima bel-
 lua: nō in hoīes sed in deum optimum maximum
 quē merito colimus, vt verum dei filium, vt re-
 demptorē humani generis, vt verę ac sanctę reli-
 giōis fundatorē arma sumat, spurcā, sordidā, īho-
 nestā, incestā, mahometanā, pfidiā, verbis stolidis
 & ipudica actiōe iactitās: Possum cōmemorare ob-
 leues causas: si ad has respicimus quę grauissimæ
 sunt. Multos quōdā pp̃los mltos p̃cipes bella pi-
 culosissima suscepisse, vt Rōanos archaichū, & ra-
 rētiniū, gallos romanū, lacedemōios atticū. Omit-
 to Rōanos bella ppe īfinita cū finitimis & exter-

pp in

Oratio

nis gefisse ob res quātumuis puas repetitas & nō
 redditas: violatum ius gētiū & læsum aliq̄ ex pre
 fœdus. Vos autē tot vrbib⁹ direptis euerſis atq̄
 incēſis, tot deuastatis puicēs, tot regibus, tot prici
 pibus, tot populis xp̄ianis varijs cruciatibus neca
 tis, tot puberibus, prī stupratis, prī in grauissimā
 ſeruitutē abactis a vidicāda tāta iūria ſupſedebi
 tis? Moueat ſaltē vos ſi hac non ſatis magna videt̄
 ſp̄ta religio: p̄ſanata tēpla: expoliata ſacraria, co
 minuta ac diffracta dei ſctōrūq̄ oīm ſimulachra?
 Quid martyriū reliq̄ nōne p̄ cōtēptū ex abdycis
 & ſacrarijs auulſæ paſſim, p̄ vias, p̄ cōpita & imū
 da loca p̄iectę iacēt? Audire eorū voces nūc certe
 videor obſeruatiū vos p̄ ſanguinē eius q̄ nos re
 demit: p̄ martyria ſua ad ſalutē cōem tēdētia, vt
 bellū aio cōceptū tādē ſuſcipiatis habituri ducem
 xp̄m ip̄m ac ſctōrū opa & auxilio, p̄ cēturiōibus
 & ſigniferis vſuri, Vnū tātū mō vereor ne vos de
 terreat res totiēs infœliciē tētata. Sed quo cōſilio
 p̄ imortalē deū q̄bus copijs quā diſiūctis & ięqua
 libus bella ſunt ichoata nec p̄fecta. Nollē id factū
 cū ob eā rē reſederit xp̄ianorū ardor. Collectę pe
 cunię quauis arte & acerbirate ſunt. Cōſcripti mi
 lites: cōparata claffis nec tñ q̄cq̄ dignū memoria
 geſtū eſt. Imperatorē & qdē p̄clarum veteranū &
 firmū exercitiū nō collectitiū ærariū ſolidū nō mē
 dicatū tāta moles belli exigebat. Va iouada duce
 clariffimo vngari nō ppulſarūt: mō nūnerofum
 hoſtē & ferocē verū etiā ingēti illata clade eū ce
 dere e finibus coegere. Quantillis copijs magnos
 hoſtiū fudere exercitus illyr̄n̄ & epirotę ducū ſuo
 rū impio ac cōſilijs in prēlio retēti. Parua manu iā
 quiquēnio veneti magnas thurci, tū terra, tū ma

ri detinuere copias: cōgredi nauali prēlio nunquā
cū Venetis est ausus: cōtentus bosphori ppōtidis
ve limites tanq̃ tutissima effugia tueri. Cōiectari
ex his licet hoīem plus fortunę & dissidio xp̃iano
rū q̃ ṽtuti fidētē pelli ex europa ī latebras Asię
posse: si cōsilio tuo & mādatis Italię populi obtē-
perauerit. Armavit Vrbanus secūdus pon. max.
cōuētu xp̃ianorum ad clarum mōtē hito trecēta
milia hoīm ī saracenos recuperādę hierosolymę
causa: hęc tāta multitudo xp̃i signo notata cōstā-
tinopolī primo diuersis itineribus pueniēs duci-
bus & quidē clarissimis Gotifredo Eustachio Bal-
duino Raymundo Boemūdo vsq̃ ī Asiā trañciēs
grēcis ipsīs maxime vero Alexio īperatore Cō-
stātinopolitano aduersante: qui maligne comea-
cus subministrabat oppida multaniceā, antiochi-
am, hierosolymā, heracleā, tharsum, multis mili-
bus saracenorū & thurcorum cēsis occuparūt: de-
ferentibus deīde tantā expeditionē quibusdā de-
letis etiā paulatī xp̃ianorū exercitibus nullo sub-
ministrato supplemētovt decebat ad saracenos &
thurcos tādē recidere oīa. O bellū sc̃tissimum &
annalibus aureis notādum. Si id retinere Christia-
ni p̃cipes adñxi fuissent quod multo sudore ac
sanguine ñri pep̃at. Nōne ad astra vrbanī nomē
fert: q̃ tā piū ac iustū bellū cōcitauit: Laudať & ber-
nardus clareuallēsis abbas q̃ hortatu suo & sc̃titate
q̃ celebris tū habebat multos p̃cipes ad tm̃ bel-
lum tāq̃ necessariū īpulit: īprimis, Cōrardū sueuū
cuius exercitum dum Icoñ esset nō Barbari: sed
Hemanuelis cōstātinopolitāi īpatoris fallacia dele-
uit: mixto Gypso cum farina quę cōmeatus noīe
subministrabat. Deficiētibus em̃ hęc ob rem mi-
pp iij

Oratio

Huius (nā varijs afflictabant morbis) cedere retro
 Conradus coactus est. Repēssit ferociā Saladini vi
 fortissimi balduinus quartus Hierosolymarū rex
 fugatis eius ad Aſcalonē copijs. Quo postea mor-
 tuo idē saladiū victis igēti clade xpianis oīa facil-
 lie i potestate suā redegit. Defuere illis seculis. Pō-
 tifices q & vellēt & possent tantū bellū sustinere
 velle te nemo est q abigat cū pacē Italiæ gerē Eu-
 rope accuratissime quæsieris. Vt etiā posses fecit
 tua nō i quæredis mō pecunijs solertia sed etiā in
 cōseruadis parsimōia. Delegisti itē & qdē prudē-
 ter ex militia Italica Bartholomæū Bergomarē
 veteranū ducē cui tuas ac reliqrū sociorū copias
 merito cōmitteres. In eo em sunt quæ i ducē opti-
 mo iesse oportet. Sciētia rei militaris quā a teneris
 annis ppe i castris enutritus sub brachio ducē prę-
 stātissimo cōtra acerrimas hostiū copias dimicās ibi
 bit. Duxit deīde p mltos ānos ordies. Libertatē
 Italiæ dū Mediolanēses varijs bellis distraherent
 suis copijs cōtra gallos fortit dimicās tutatus est.
 De labore hoīs i bellicis negocijs de fortitudie &
 cōstātia in adēūdis piculis de cōsilio i puidēdo re-
 milirari ita exigēte nō attinet dicere: qd cū semp
 alias tū vero vel maxie præterita ætate maxios
 ductauerit exercit⁹ nullo icōmō a magnis hostiū
 copijs accepto. Adde qd glie cupidus anteq e vi-
 ta discedat relinqre de se monumētū cogitat qd
 posterī fama celebrēt. offerri viro nulla certe ma-
 ior occasio potuit: bellū habet honestissimū pro-
 prijs contra impios pro iustis & bonis cōtra iniu-
 stos & malos pro modestis contra immodestos &
 intemperantes. pugnaturus nimirum est deo ipso
 ducē, quem spernunt hostes, quem negant, quem

tollunt e medio quoad fieri pōt. Mahometū p̄fide
 sectę & spurcę auctore sequentes inchoare tm̄ bel-
 lum difficile videt̄ qđ lōge ab Italia sit eundū: qđ
 in aliena puīcia sit dimicādum, & cōtra eos q̄ ma-
 nes & crudeles ī pl̄is habent̄. Adeo ne remolitos
 & effœmiatos Italor̄ aīos putabim⁹, vt cū Roma-
 ni olī belligerēdi cā extremas orbis terrarū ptes
 pagrauerūt maria nauiganerūt alpes aditu diffi-
 ciles supauerint: nō sint futuri q̄ n̄ra ætate noīa deūt
 ad trāseūdū in Epirū ī Macedoniā ī grēcīā. Ego v̄o
 sic existimo p̄posito die quo addanda noīa ad tā
 sanctā militiā sit eūdum innumerabiles p̄pe tum
 equites tū pedites eo p̄pere ituros abundat mili-
 te & qđem exercitatissimo Italia, sed paupere ob
 avaritiā p̄cipū & diurnā pacē cōfluere eo tanq̄
 ad epulas putabis. Vicēdi ac p̄dandi causa per-
 tinebit, & hoc ad cōmunē xp̄ianę reip. vtilitatem,
 & q̄ aberit suspitio conspirationis intento ad res
 agendas milite, & qđ bellū in terra hostili mortū
 eorū cōmeatus animos vectigalia diminuet ac no-
 stris audaciā faciet. Cōtinebitis itē in fide hostiū fi-
 nirimus, q̄ vel fessi diurnitate belli, vel aliq̄ op-
 portunitate illecti nō ita cōstātes futuri videntur.
 Omitto oblatā vobis occasionē recipiēdi eos in fi-
 dē & amicitiam qui crudele seruitutis iugū a col-
 lo suo reijcere iamdudum cogitāt. Timorē obijci-
 tis n̄ris militibus magis ne reformidāt vulnera &
 fusum cruorē Europei q̄ Asiani, vñ quæso robur
 militię & cōstātia ac cōtēptus vitę in pl̄is est habi-
 tus si nō hāc fortitudinem Europa habuit, q̄ hoīes
 ad labores & frigora, ad æstus, ad famē & sitim to-
 lerādā, ad sustinenda vulnera, ad ringendas cruo-
 re manus p̄ducere atq̄ alere videt̄. Hinc orti sunt

Oratio

præcipue autē ex Italia, q̄ oriētē, q̄ meridiē, qui de-
 niq; totū orbē terrarū Romanorū imperio subiecere.
 Obstinatiores ī plū futuros n̄ros putarim q̄ nō p
 libertate tm̄, sed etiam p religione & īmortali deo
 dimicaturi sunt. Terret quosdā multitudo hostiū,
 q̄ ad ducēta milia hoīm eadē castra plerunq; ha-
 beāt. Nusquā ne auditū aut lectū est magnā mul-
 tudinē, & eam qdē incōditam seseq; sua numero-
 sitate īpediētē a paruis exercitibus fusam? Supera-
 uit Melciades Atheniēsium dux in campis Mara-
 thonijs cum decē milibus militum adiuuantib; p
 paucis plateensibus, cētum milia Persarum in gr̄-
 ciam a Dario missa, occupatis angustijs Thermo-
 pilarum. Leonidas Spartanorum rex cū quatuor
 milibus militum ita Xerxis copias terris etiā gra-
 ues pugnando defatigauit, vt nō victi Lacedæmo-
 nijs, sed hostes cedendo defatigati potius cōcidisse
 dicant. Superauit Themistocles Atheniēsium dux
 in angustijs Salamini freti ingētē Xerxis potētissi-
 mi regis classem cum paucis nauibus, si numerum
 Persarū inspicimus. Hac pugna Xerxes p̄terit⁹ ī
 regnū omīssa gr̄cia trepide sese recepit. Quotiēs
 parua manu Dariū aut p̄fectos ei⁹ magnorū exer-
 citū duces fudit Alexāder magnus? Quotiēs Ce-
 sar? Quotiēs Scipio? Quotiēs Annibal? Pyrrhus?
 Et ne veteris testamēti historiā p̄teream⁹, Saul rex
 sol⁹ vno plū mille, Dauid decē millia Philisteorū
 supauit. Nō fraude sua laude Iudith formīa illu-
 stris, q̄ Holophernē interfecit, ac patriā graui obli-
 dione liberauit. Factū hoc auxilio dei, q̄ iustā sem-
 per causam fouet nō negauerim. Tuebit & nos idē
 deus, q̄ Pharaonē iniuste populum eius p̄sequentē
 vndis rubri maris submersit: q̄ Boemūdū quon-

dam, Eustachium, Gotifredum, Balduinū: nostra ætate Sigismundum imperatorē Eugenio pontifice, Vaïouadam Nicolao quīro, Marthiam regem Vngariæ Pio secundo instante magnis illatis crudelissimo hosti & impio cladibus turatus est. Erūt quos fortasse impensa bellica deterreat, qđ sine ingenti armorum, cōmeatus, pecuniarum vi & numero tantum bellum sustineri nequeat: quippe cū aduersus totā Asiā ac magnā partē Europę sit dimicandum. Est quidem hoc bellum (vt verum fatear) magnum, non tamen adeo magnum, vt sustineri ab Italia non possit. Et vt a teipso christiano rū principe Paule incipiam, tui puentus diuturni & perennes, tua vectigalia, vnde impensę belli cę satiffieri possit, nō sunt cōtemnenda. Sub ditione tua Picenum habes patrimonium, maritimam oram, feracissimas Italię partes, vnde nauibus facillime cōportari ad nostros in Epirum, in Pelopōnesum, in illyricum cōmeatus possunt. Quid qđ tibi facultas data est exigēdi decimas ac trigesimas qđē has a secularib⁹, illas a presbyteris, si ita resp. Christiana exigere videbitur: hinc enim grandis pecunia ex tota ferme Europa colligere ē: qua vel diuturnum bellum sustineri posset. Omitto scribere quos thesauros quadriennio iam paraueris ad hos credo vsus. Est em̄ hęc cōstans oīm opinio, magnam vim signati auri apud te esse, quo & exercitus christianos sustinere, & te ac tua si quauis igrue rit tueri possis. Nō deerit tanto bello Ferdināus Neapolitan⁹ rex, qđ pacato iamdiu ab externis hostibus regno gloriosius nil aut sanctius agere pōt, qđ vna tecū hostes xpiani nominis a ceruicibus nostris remouere. Habet milicē execratissimū & vere

Oratio

ranū, habet triremes, abūdat oīfariā cōmeatu, ha-
 bet portus ad trañciēdum in Epirū & grēciā accō-
 modatos. Hic quātū spei cōcipere possis nō igno-
 ras, cū mādatis tuis obsequēntissimus futur⁹ sic sem-
 per. Florētinos itē pollere terra ac mari tua osten-
 dunt decreta, cū belli partē eis designaueris. Senē-
 ses, Lucēses, Ferrariēsis Marchio addiramenta ad
 hanc rem nō parua vident. Ducē p̄terea Mediola-
 nēsiū Galeatiū vicecomitē potentē milite, cōmea-
 tu, pecunia facile ī sententiā tui deduces, modo bel-
 lum susceptū inchoet. Venetos florentes copijs &
 opibus ad tantū bellū ceteris prōptiores cognosci-
 mus: & q̄ hostes qbus cum quinquēnio varijs cas-
 bus bellū gessere finitimos habent: & q̄ nusquam
 maiorē opportunitatē augēdi rem & gloriā Ve-
 netā hac habituros se sperāt. Maxime autē sub tuo
 hoc felicissimo pōrificatu, q̄ oīa ad pacem populo
 rū, ad cōcordiam p̄cipū & regū spectare viden-
 tur. Multa sunt beatissime pater q̄ te ad hoc bellū
 debent ipellere, honor xp̄i pro q̄ & mors est obetū-
 da, cū ipse q̄ deus erat & homo, p̄ n̄ra salute gra-
 uissimos cruciatus vsq; ad interitū est passus: peri-
 culū qd̄ iminet ceruicibus xp̄ianorū oīm s̄cuien-
 te illa īmanissima bestia: charitas patrię tuę, q̄ p̄pe
 in faucibus barbarorū est posita: qua sublata tanq̄
 refracta porta huc hostes humani ḡnis vt rabidæ
 triges sunt deuolaturi, ad explendam sitim quam
 de sanguine xp̄ianorum cōcepere. Retinendi sunt
 Veneti ī angulo Italię, quorū nulla maior aut san-
 ctior n̄ra gr̄ate resp. est. Fouendi atq; iuuandi oīno
 sunt. A nobis em̄ exteras gētes & barbaras suo su-
 dore, suo sanguine reñciūt. Mare Hadriaticū, Ioniū,
 Aegēū tutū nauigātibus p̄stāt: p̄uinciā habere &

abundantē rerum oīm copia faciunt, libertatē italicam tuent. Tyrānorum quorūdam sequitiā cohibēt facta populis spe ad eos trāseundi, si grauius & iniquius opprimerent. Bello nauali q̄ ipsi soli pl^o pene possunt, q̄ reliqui q̄ nauigatiōe vtunt, Thurcū adorianē. Ceterū em̄ triremiū classē, omitto onerarias: quarum magnus est numerus, instruere possunt: q̄ hostē vel intra angustias Hellespōti & Bosphori psequent. Bello terrestri tu cum reliqs socijs adiuuātib⁹ eisdē Venetis hostē aggrediare, insta, vrge, ac demū Epirū, Macedoniā, Pelopōnesum, Atticā, Boetiā, Traciā, & Cōstantinopolim caput orientalis iperij e faucibus rabidi lupi eripe. Subsequent authoritatē tuā germani: subsequent Gallī & Hispani: subsequent deniq; omēs xpīani noīs, q̄ nihil aliud expectare vident, q̄ vt abs te signum crucis, sc̄tissimū vexillum efferat: accēsus pulchri rudie glorię, q̄ te celebrari iperator audiet, pariet tādē qd̄ iamdiu parturit, tot cōuētibus ob hanc rē i germania habitis, te solum oēs intuent & inspicunt ituri q̄ quo ipaueris. Tolle itaq; vexillū sc̄tissime pater, & vt optimum ducē par est in hostē signa moue. Hoc vt facias te deus ipse adhortat, monet, ipellit, hoc pietas, hoc religio, hoc humanitas: hoc deniq; illorū calamitates qui dñatum & potētiam crudelissimorū barbarorū tot annos patiunt. Videor audire eorū gemitus, vidēre lachrymas, supplices manus ad te porrectas, vt eos a poenis, a cruciatibus ab omī genere sēuitijs, a seruitute ipsa morte grauiore tandē p tua misericordia & pietate liberes. Hoc bellum etiam christianorum temp. pene labentem confirmabit beatissime pater, & tibi gloriā cum ęterna laude pariet.

**Diuerforum Academicorum Panegyri-
ci in parentalia B. Platine.**

**Prosper spiritus Viterbienſis in morrem Plati-
næ Epigramma.**

**Qui res pontificum ſacras & geſta piorum,
Quiq; ducum vitas nobile fecit opus,
Quiq; modū docuit, q̄ laudat honeſta voluptas,
Et quo ne iuuenes torqueat acer amor,
Pluraq; quē longum eſt ꝑperans cenſere viator,
Omnia ſiderē pignora mentis erant.
Viuſit adhuc Platina: & q̄q; conceſſerit orco,
Ius habet in vatem parca ſeuera nihil.**

**Prosper ſpiritus Viterbienſis ad Demetrium
Platinę funus curantem.**

**Concordes homines vterq; doctus,
Sed demetrius eruditus a te,
Eſt vates Platina tuis alumnus
Formatus digitis, bonas ad artes
Vidi verticis omnium ſororum,
Qui curat tibi buſta diligenter.
Tyronis pia laureq; culti:
Nunquam prodidit elegante lingua,
Mens tantum ſapientiam patroni
Quantum mi Platina tuus miniſter
Cœlo laudibus imminens ſupremis.**

**Angelus campanus in parentatione Platinæ.
Ducere ſi longē didiciſſent ſtramina vitæ,
Pacere vel cuiquam fata ſeuera nimis,
Noſcum Platina plures victurus in annos
Manſiſſet noſtro gratus & uſq; Ioui:
Nunc illū Eſquilie, nunc illum deſlet ademptum**

Custodem xisti bibliotheca suum.
 Viuet in extinctū nomē dum Roma manebit,
 Dum papę sedes, dum caput orbis erit.

Carolus Berardus Cæsanus.

Epitaphium B. Platinae.

Romanum (heu dolor) eloquiū, musq; latinę,
 Quo Platina hoc paruo cōdita sunt tumulo.

Consolatio ad amicos

Quid Platinā pia turba gemis tibi nuper adēptū?
 Non obijt, cuius nomen honosq; manent:
 Parte sua Platina est multo meliore superstes,
 Fama viget terris, spiritus astra tenet.

Manilius Rallus.

Demetri lachrymas piosq; fletus.
 Nec non tristitia iustaq; merentis
 Patroni parat ossibus iuuato
 Spectator gemitu nouoq; planctu,
 Doctę quo Platinae excitentur vmbrę:
 Res hęc officiosa, nec pudenda,
 Quam cum fœnore postulant sepulchra,
 Vstis quam cupit ossibus referri
 Quicunq; ad stygias vocatur, vmbras:
 Quod si fleueris hęc dolenda iusta,
 Degas secula longiora iusto.

Palatię bibliothecę, Platinae p̄fecto xyf̄to. iij.
 Pon. Max. ob eximiam vtriusq; linguae eruditio-
 nē, cæteraq; perspicuas animi & corporis dotes in
 primis charo, qui cū maxime viuere debuisset, fa-
 ctis iniquis p̄reptus est, Demetrius, Lucēsis, Alū-
 nus, Patrono, B. M. parentauit.

Bartholomęus Aristophilus in parentalibus
 Platinae

B. Platinam excellētis ingenij virū, & q̄ l̄ras a sicu

plurimum vindicauit, q̄d diu vixit, ita colui atq; ob-
seruaui, vt merito me redamauerit. Igitur vbi ho-
minis mortem rescui, vt filiū decuit, dolore con-
fectus sum. Bibliothecę pontificię, cuius ille curam
modestissime gesserat, mox p̄fecit me Pon. Sixtus.
Idem mihi cubiculū est, qd̄ illi ante fuerat. Id ego
cum primum ingressus sum q̄dam horrore obri-
gui, lectus, libri & vniuersa suppellex eius memo-
riam excitabant: deniq; q̄cunq; aciem dirigebam,
illius maiestas oculis obuersabatur. Itaq; dolor vi-
res q̄s mora minuerat iterum assumpsit, & recru-
descebat vulnus qd̄ nōdum cicatricem obduxe-
rat. Inualuerat mœror, & maiore īperu in dies sœ-
uebat, sensere id manes pientissimi, & pristinę cha-
ritatis nō obliti, sēpius assumpto corpore augustio-
re forma, nō cōnienti, verū sentienti & intuenti
apparere, tristitia cōfectum solati sunt. & qd̄ do-
lendum nō esset, aptissimis argumentis & rōnib⁹
cōprobarūt. Qm̄ v̄o nō minore desiderio vos ta-
bescere plane intelligo, eadem vobisq; iusta p̄solui-
stis cōmunia esse volui. Verum q̄ maiorem autho-
ritatē habeat oīo, Platinā ipsum cōuiuas alloquen-
tem fecimus: neq; v̄o cuiq; mirum videatur, si (qd̄
in vita fortasse nō cōsueuerat) heroicōs canter. Id
em̄ in elis̄is dum Orpheū & veteres poetas ēmu-
latur, in p̄senciarū sēpius vsurpat, sed iam ipsum
suam sententiam explicantem audiamus.

Q Vi mō grata meo cineripia thura dedistis,
Et dulces lachrymas, m̄troq; nat̄ia fletu,
Faucibus in medijs verba interrupta dolore
Saluete o proceres, & nostri nominis vsc̄q;
Turba memor, qua nil melius fundata quirino
Roma iugo, quanta est septemplīce martia seruat

Elisi memores sedes, camposque virentes:
 Quos gratæ superis animæ, quos turba piorum
 Incolit: & niuæ laudis quos perculit ardor
 Deserui tristes quo vos & fata querentes
 Alloquar, & dulces præsens ego soler amicos,
 Si pro gemitus, si pro me pectore toto
 Luctus & insanæ feriunt pia numina voces,
 Desinite innumeris fata incusare querelis:
 Desinite, hoc vnum mihi numinis instar amici
 Extremum munus concedite: ponite vanos
 Vsq; metus: flendi cesset miserranda voluptas.
 Est mihi certa quies nemo est fœlicior: atqui
 Pellar ab Elisijs, si me mors terruit ipsa:
 Stamina si vitæ mihi sunt truncata dolori,
 Si grauius quicquam quam si fata impia forsan
 Me remeare velint humana in pectora rursus,
 Arte machaonia vel si mibi vita stetisset,
 Non me deprendit supremo in limine vitæ
 Atra dies pauidum, dubio ve in turbine rerum
 Huc modo, mox illuc ferri, sed pectore firmo
 Spemq; metusq; õnes spernentem humanaq; passim
 Exemptum curis ridentem gaudia: passim
 Ridentem humanos casus & abire paratum.
 Mox vbi supremum tenui cum murmure tempus
 Affuit, inq; leues secessit spiritus auras,
 Non me thesiphone horrèdum serpentibus atris
 Cincta caput flammæq; ferens armata flagello
 Terruit: atq; charon nigrantis nauita cymbæ:
 Non me ter gemino latrauit cerberus ore:
 Non ego tartareas sedes, scelerataq; vidi
 Lîmina: non fontes animas: numero ve malorum
 Additus inspexi tityon: fœcundaq; pœnis
 Viscera: perq; nouem distentum iugera corpus:

Quęq; habitāt miseri loca furua, & plena doloris,
audiui gemitus, & verbera, turba nocentum
Quę patitur: verum inde abñ leuaque reliqui.
Mox ingressus iter qua dextera semita ducit:
Et qua lege deum solis datur ire beatis:
In nemus Elisium veni: qua culta locorum
Splēdescit facies, qua non violentior auster
Intonāt: & dulces spirant clementius aurg:
Qua nūc stridet hyems, non estas torrida cādet,
Autumnus ve nocens pallenti sequithiatu,
Non zephiri molles æternaque tempora veris
Floribus exornant colles & amœna vireta,
Nubibus & cœlum nunquā prætexitur atris.
Gramine vernat humus, vestit frondibus arbor
Semper: & alta comas nō ponit populus vnquā.
Garrula tū dulces profert philomena querelas,
Et volucris molli si qua est quę gutture cantet.
Non desunt fontes, quibus exundātibz, amnes
Prata rigant: blandoque fluunt cū murmure riuī:
His natura locis solito mage, prodiga & ipsam
Se superans, larga & facili dedit omnia dextra,
Visitur hic quicquid fas est spectare theatris,
Quodq; placet forma, doctave probatur ab arte.
Hic decij bello insignes, geminique coruscant
Scīpiadę, & patrię quicūque accensus amore
Occubuit: pulchra pro libertate cruentus,
Qui genus humanum sibi deuinxere merendq;
Improba quos neq; spector sit, neq; dira cupido:
Qui sanctam coluere fidem, qui iura piumque
Inque nefas nullum male suada potentia adegit,
Quis rerum causas, qui cœli noscere motus
Cura fuit phœboque cohors sacrata poetę.
Tum pater arpīnas terras auditus in omnes

Postquam nostra manus pede libera, graiaq; lōge
 Subsequitur, linguæ celebrat quos fama disertæ.
 Quos inter leonarduserat, mihi cognitus olim:
 Quidque iocaris adhuc dictis & scōmate poggi,
 Guarinus, centumque alij quos dicere longū est,
 Obuia fit nobis manus hæc, effusaque plausu
 Excipit: & magnis exceptum laudibus ornat:
 Pontifices sacros recolunt quis nostra perenne
 Lingua dedit nomen, quæ nō dānanda voluptas,
 Quodve bonū vero ē quod falso nomine dictū,
 Quicquid & a nostro manauit fonte priusquam
 Deficeret cursu vena interrupta peractō.
 Tum medium excipiunt, & per iuga cōsita multa
 Arbore, perque nemus per prata virentia ducūt.
 Dū loquimur tardoq; gradu per læta vagamur:
 Gramina, deuentum est lethæi ad fluminis vndas,
 Qua volucres animę rediturę in pectora rursus,
 Huc illuc volitant: arque ipso in gurgite pronæ,
 Protenso latices & lęthen gutture potant.
 Tum comitem e numero qui me deduxerat vnus
 Bis summumve (inquit) ter pleno cynthia cornu
 Quantuserat fratrem formoso reddidit ore:
 Ex quo potus aquas, atq; hoc ipso i gurgite lotus,
 Hic iuuenis forma egregius: cui plurima vultu
 Gratia, cui nusquā liuor, neque menda, tuocq;
 Sanguine concretos artus infectaq; membra
 Ingressurus abt: nil his quos vndique spectas
 Par fuit in campis illi: non indole quisquam
 Floruit æquali, nullive modestia maior
 Atq; pudor præcox, et at hæc tua posihūa proles
 Te referens, grauis incessu quin littus oberrans
 Velle videbatur blęsis proferre labellis
 Litterulas, tenerosque apices & murmure primas

Balburire notas abeuntem turba secundis
Plausibus, & multo conspersum flore secuta est.
Hunc postquam exultans in lucem venerit aluo
Prodicus, excipient chari tua turba sodales,
Nec cedent in amore tibi: sed sanguinis omne
Officium implebunt: animoq; & mente parentes:
Præcipue hunc dulci clarus pietate fouebit
Te recolens nomenq; tuum Gonzigius heros
Purpurea puniceo cui tempora velat amictu.
Huius ope altiloqui noscet diuina maronis
Carmina: & aonidum parnassi in vertice fontem:
Hac ope cognoscet romanæ flumina linguæ:
Et quicquid cantat bene conscia græcia rerum
Moribus & vita te reddet: deniq; talis
Ut patre te dignus sis tali tu quoq; nato.
Dixerat: & rata sunt: nam postquam istamia rupit
Atropos infantes, animæ non fallimur: attri
Corporis exemptæ laqueis & carcere cæco
Causa igitur nulla est: cur quisq; nostra sequatur
Funera cum lachrymis, feriat seu pectora plâctu,
Me propter mihi certa salus & plena voluptas
Viuo ego: & argenti positus cum corpore curis:
Docta per ora volat virtutum fama super fies:
Hoc probitas, hoc sancta fides peperere: laborq;
Et ductæ insomnes interq; volumina noctes:
Hoc platofacundus, dedit hoc mihi musa menâdri:
Et quæ sita diu geminæ fastigia linguæ.
O decus æternum musarum: & præmia vatum
Humanis maiora bonis o pectora multum
Artibus ingenuis ex culta, negauerat vllus
Vos procul humanis caput exeruisse superbum,
Dum superû penetrare domos: dū sidera nosse:
Atq; vices anni cura est: lunæq; labor es:

Astrorum & varios cursus variosq; recessus:
 Cur glaciem saturnus agat, cur classica mauors
 Concitet: aut nubes depellat iuppiter astro
 Cur genus omne colat venerē: quidq; erigat alte
 Oceanum: quicquid ve sagax natura recondit:
 Ignauo neq; vult cuiquam ve patescere regni.
 Vos ne homines: potiusve abstrusos corpe dicā
 Esse deos: vestrum in nomē mors inproba nullū
 Ius habet: atq; auide correptum mordicus vnum
 Ossibus & putri terra quod conficit aufert:
 Viutura æternum contempta morte supersunt
 Carmina: & ingenij semper monumenta legētur
 His igitur quicquid vulgus miratur amatq;
 Cedat: & antiqui vincatur pompa triumphī
 Cedat erithræis quod concha recondit in vndis,
 Nauta vel eo quod gestat avarus ab orbe,
 Hęc eadem moneo docti mea turba sodales,
 Hęc animis eadem fortiq; capeffite dextra:
 Orbita sit vestris eadem contrita quadrigis:
 Quadrupedum cursu non dispare meta calefcāt:
 Este viri, fortiq; animo, male sana voluptas
 Frena pati discat, vitiorum semina passim
 Obruta dispereant, & germinet aurea virtus,
 Sanctus amicitiaē nexus seruetur amorq;
 Sic vbi fessa ratis portus intrauerit, & mors
 Pallida non pauido penetrauit ad intima gressu,
 Fas erit antiqui titulos æquare decoris,
 Sic desiderium nostri quo pectora tabent
 Alterna vice sermonum satiare licebit,
 Et simul æternum cœlo meliore fruemur.

Antonius Militianus. in parentalibus Platinæ.
 Hiccinę sunt cineres, hęc nostri funera vatis:
 Hoc igitur duro platyna sarcophago:

Heu mala fors hominum, miserisque obnoxia fati,
 Quam fugere in nulla conditione licet.
 Nec quenquam splendor, nec gloria læta tueretur
 Sanguisve, aut partum dura per arma decus.
 Huic etiam regnum est subiecta potentia leto
 Et dictum mentas mors violentia rapit.
 Saltem virtuti sacrasque colentibus artes
 Debuerant tracta parcere fata manu.
 Heu potuit lachesis tam clarum abscidere, filum,
 Taliaque in sæuo ponere membra rogo?
 Hoc hoc flete nephas & tundite pectora palmis,
 Laurigero quisquis cingitis orbe caput.
 plangite vos mœstæ toro libetrides antro,
 Et simul abscissis vos sylvulate comis.
 In luctum & lachrymas inflebile carmen apollo
 Vertere, & e fronte laureaserta cadant,
 Lamentis, gemituque per omnem platina sylva
 Quærat, vatem fraxinus alta flet.
 Gorgoneusque latex hæc tristi alta susurro,
 Eiulet, & lachrymas pegasus ingeminet.
 Sed quæ mœsta parens, quæ tam facunda dolorẽ
 Exprimet? in tanta præfica mœsticia?
 Non quæ fleuit ithim, non cærule mater achillis,
 Non quæ luxerunt mennona, vel priamum,
 Nõ phætoïades, niobe quoque clamet adëptũ,
 Nenïa par tanto nulla futura viro est.
 Nectetricæ curant lachrymas nec vota sorores,
 Et frygium superat victima nulla iouem:
 Atque ideo potius tumulo pia thura feramus
 Spargentes albis liliã marmoribus.
 pinguibus aut geniũ dapibus, manesque beatos
 placemus, tales hic petit exequias.
 Certarimque viri celebremus carmine laudes,

Et quæ tam claræ sint monumenta togæ.
 Pluris erit, quam si dent chares mausolæum,
 Deque suis vnum barbara memphis opus.
 Vell si fingat eum fuluo lisyppus in ære,
 Phydica ve gerant marmora cuncta manu.
 Hæc platina ætherei cum sit nouus incola regni
 Improbatur, & pompæ firmata quæque negant,
 Ac prohibet nostras infletum ducere voces
 Et sua percusso plangere fata sinu:
 Iucundoque suos cultu solatur amicos,
 Atque ita de cœli vertice lætus ait,
 Croesus, alexander, xerxes, darius, mithridates,
 Fœmineis que cyrus occidit insidijs.
 Arfacidæ cuncti, perses, Masaniſſa, tygranes,
 Seleucus mortem sensit & anthiochus,
 Adraſtique duces, geminique i pergamæ fortes,
 Atridæ, mecum turba sepulta iacet,
 Quicumque æneadæ capitolia celsa triumphis
 Ornauerunt quos nunc longa referre mora est,
 Fœlices animæ bello cum prole, domoque
 Extremum vt scitis oppetiere diem
 Hæmibal & genitor cecidit, ceciditque molossus
 Atque alij quotquot barbara terra tulit,
 Legibus istis etiam virtus, sapientia pallas
 Fatorum serie subdita iura tenent.
 Draco, solon, vbi sunt, vbi morum norma ligurgus?
 Gorgias, plato, xenophon, & socrates?
 Defuncta septem graiorum lumina, sectæ
 Quattuor, & quotquot græcia sustinuit.
 Splendor & ausonij cicero sermonis adeptus,
 Varroque sic latine conditor historię:
 Si quos se posuit terre mors æqua rependam,
 Quorum scribuntur nomina vesper erit,

Deniq; nullius capiti proserpina parcit.
 Audax e coeli vertice summa rapit.
 Exitus hic idem magnas quoq; conficit vrbes;
 Atterit & valida pegmata pulchra manu.
 Carthago, babilon, numantia, troia, corinthus,
 Tristibus exemplis cognita fata docent.
 Quis non roma tuas ploret collapsa ruinas?
 Quam iuncto pastor findit aratq; boue.
 Excisa est moles venerabilis amphitheatri:
 Et tua pompei porticus ampla ruit:
 Tempia, domos arcus scenas capitolia thermas
 Cernite si fati noscer e vim cupitis.
 Quis tot aquæductus, disiecta tot arria? quæso
 Non doleat? siccis aspiciatque genis?
 Dejicit e solio populos & sceptrâ potentum
 Incineres hominum publica iura trahit.
 Assirî, persæ, medi, lacedæmones huius
 Fecerunt fortis commeritque fidem.
 Cecropidæ quoque sunt testes, pœniquæ superbi
 E quorum fastu nil superesse vides.
 Et quandoque viro potior regnavit amazon,
 Nunc iacet & regni pœniter hippolyten
 Roma ites; atq; ites; lachrymis venit obuia nris,
 Flebilis & pullo conspicienda sinu.
 Quacumque ex oriens cœlo sol aspicit vsque
 Extremas gades herculeumque fretum:
 Quaque timet gelidis mergi cynosura sub vndis
 Et tepidi perflât leniter aura nothi,
 Innumeras gentes victumque subegerat orbem
 Neptuno, & cunctis sola videbat aquis.
 Perdidit infœlix conuersis omnia fatis,
 Et nil tam magno restat ab imperio.
 Quid tibi paulæ fuit iecisse in vincula persen,

Et quid Iugurtham vincere syllatibi?
 Perdere tot captos reges tot inequore classes
 Hostibus in numeris imposuisse iugum?
 Et mouisse parum est extremas arma per vndas,
 Horum si tandem finis habendus erat
 Humanis igitur quæ sit fiducia rebus
 Pendite nil firmi cynthia subter habet.
 Occidit omne quod est quocumque auctore creatum,
 Omnibus est finis metaque principis.
 Ergo quid a vobis tam triste Platina fletur?
 His ego quid lachrymor subditus auspicis?
 Natus homo moriturus eram calcandaque leti,
 Semita styxque mihi prætereunda fuit.
 Huc semel a cunctis ex mundi luce migratur
 Hos mane: hos sero vespere nauta vehit.
 Gratia diis aliquot spatium vitæque diebus
 Functus ad has vndas & vada nigra feror.
 Mercurij quod eram cultor phœbique sacerdos
 Vixi magnatum clarus amicitijs.
 Sumque per Ausonias fama notissimus vrbes:
 Atque aliquod studij sunt monumenta mei.
 Consilio ut potui multos opibusque iuuauī,
 Exiit a factis lesio nulla meis,
 Me non ambitio fucosaque gloria rerum
 Sed sancta tenuit in probitate pudor:
 Sic mihi fatalem secuit bona iuno capillum:
 Et cecidi iam iam sorte iubente senex:
 Et quod singultus lachrymasque in gaudia vertas
 Aeterna cœli luce domoque fruor:
 Ambrosia foelix dulci quoque nectare vescor
 Esse quid hac maius conditione potest?
 Gratia sidereo patri qui talia reddi
 Præmia & humanis astra dat officijs:

Hæc monuit sacra venerandus platina voce,
A folio meritis, conveniente suis.
Nos ideo comites fletu, lachrymisque remissis,
Spargamus sacris thura merumque focis,
Soluamufq; deo grates quem platina cultum
Ex animo lætus suspicit & fruitur.
Vrque viri secum manes super axe quiescunt,
Vmbraque vti sacris gaudet in elisjs:
Sic lapis iste precor feliciter obtegit artus:
Eclit consumptis ossibus urnaleuis.

Ioannes Baptista Almadianus Viterbiensis.

Agitur nūc annus abhinc fere tertiusdecimus, ex
quo ego platinā colere incepti: ventitabat em ipse
frequēter ad cedes Bessarionis, vbi ego tūc studio
sior literarū morā trahebā: atq; in illa doctissima
Academia, de lris, q̄ egregij illius cardinalis volu
ptas erat: ac bonis artibus faciūdiffime semp disse
rebat. corpi ergo ex illo p̄tinus hominē suscipere:
& qd̄ cōtra euenire solet, postq̄ penit⁹ inspexi, in
dies magis sum eius ingeniū ac facultatē admira
rus: q̄ observātia eaten⁹ p̄seueravit, q̄ten⁹ ipse vita
defunctus est: q̄ tēpore (p̄fitebor em ingenuē ani
mi mei in amicorū casib⁹ ibecillitatē) tāto sum do
lore affectus, vt nunq̄ eque alias: atq; idcirco ī eū
monodiā cōscripsi: in q̄ remotis arbitris, hoc est ve
ris lachrymis, dolori cōcepto, laxatis frenis indul
si. hāc noster Demetrius Lucēsis q̄ nō mediocre in
me habet iperiū iubet edere: cui fuisset certe re
fragatus, nisi iniquum censerem non ei obsequi,
qui omnibus est obsequentissimus. Adeste igitur
animis obsecro & fauere.

Ioānis Baptistæ Almadiani Viterbiē. ī Platinā.
Monodia.

Accipe deserti supremum munus amici
 Musarū linguęq; parēs, tibi carmine tristes
 Exequias pius ante rogos, ac flebile præsto
 Officium, demens hebetet mea pectora quāuis
 Luctus: & infano perculsa dolore tremiscant,
 Corda licet: crebrisq; mihi singultibus ora
 Impediant lachrymę, tamē in tua funera mœstus
 Debira iusta pater, mea dona nouissima soluo:
 Non tibi Apollinea festus de more sacerdos,
 Fronde comā nectens, hederisve sequacibꝰ adsto:
 Sed mihi taxus iners, bustisq; decora cupressus
 Tristitia ferali prætexunt tempora ferto:
 Non ego amyclęos numeris imitabor olores,
 Nec solito clangore canam si quando potentum
 Facta virum, superumq; libens præconia lusi,
 Sed strigis infastos meditabor pectine cantus,
 Mœstaq; discordi stridebit nænia chorda:
 Flebilibus sine more senis, & Apolline nullo
 Conquerar: o quondam vatū tutela piorum
 Phœbe pater, quænam fortuna inimica maligno
 Eripuit sacris tua numina vatibus ausu:
 Non poteras herbis si te facit esse potentem
 Turba, salutiferamq; tenes clementior artem
 Aoniū seruare virum: qui Delphica semper
 Carmina, qui lauros pius & peana canebat:
 Qui si te forsan superum responsa ferentem,
 Instabilis delos, seu te parnasia rupes,
 Aut tunc euboicę tenuit cortina Sibyllę,
 Non potuit medica serpens epidaurius arte
 Adueniens, natuq; patris mandata facessens,
 Delatas implere vices: & stamina vari
 Longa vel indociles fletu mulcere sorores:
 Quo pean, quo priscus amor: iam nulla tuorum

Cura subit, linquisq; sacros auerſe poetas:
Proth dolor:& notę ceciderunt pectorē lauri.
Occidis ergo pater? iam te Platina inclyte raptō
Heu quid agā? quo me crudelia numina vertant?
Iratuſ muſis: etiam mihi iam piget æui:
Iam ſine te nil vita iuuat properate miniſtri
Deuotum vittate caput: date manibus amplis
Inferias nil fata moror: ſtimuliſq; vocate
Mortis agor: ſanctōq; velim comes ire parenti.
Siccine me miſerum, vita digniſſime vates
Aſpicio impoſitū pheretro? heu tua pallida textit
Ora lues, vbi grande decuſ: vultuſq; ſereni
Dignuſ honoſ: & quæ quondā venerāda decēſq;
Canicies in honora manet: iuuenilibuſ annis
Calliope merita quam cinxerat enthea lauro?
Infelix, tua phœbeo radiata tenore
Lumina, perpetuiſ clauſerunt fata tenebris?
Num frontis vigor iſte tuæ: grauitaſq; moduſq;
Ingenuuſq; pudor, facieſq; habituſq; verendi,
Gratia & in toto digniſſima corpore membra
In cinereſ abitura iacent: o ſæua tonantiſ
Numina: luxiſſeſ vtinam morralibuſ vnquam
Attra dieſ: pylia meritum ſuperare ſenectam:
Opprimiſ: & latum fama qui peruolet orbem
Anguſto clauſum ſpatio breuiſ vrna tenebit:
O ſuperi, iſmariaſ potuit quæ viribuſ amplis
Eloquiū mulcere feras, herēbiq; miniſtroſ
Flectere lingua ſilet: quænam tibi parca loquendi
Nectareum præcluſit iter: quiſ preſſit & ora
Vnde faui dulceſ, & himettia mella fluebant:
Prætereā tua certa fideſ, nec fallere docta:
Recta animi requieſ atq; inſueta nocendi
Corda, ſed vna fauens cuncti & amica voluntas.

Affectusq; boni, vel quæ fugit inclyta terras
 Iustitiæ spectatus amor rectiq; cupido:
 Cautaq; simplicitas, casteq; modestia mentis,
 Et nunquam magno constanti victa timore,
 Quam nullo valuit confringere fulminis ictu
 Fortunę variantis opus, seu carceris arcti
 Pedor iners : minitantq; trucidis vox dira tyrāni.
 Quid referā pectusq; memor quo cūcta tenebas:
 Priscorum monumenta virū, quos barbara tellus
 Argolicumve solum genuit seu mitia rura
 Falcifero regnata seni: quæ sidera cœlo
 Fixa manent, & quæ: conuersa lege vagentur:
 Quur mare nō ausit metas transcendere vel quur
 Parrhasis occiduo nūquam cadat vrsa profundo:
 Tu terras spatiumq; maris tu flumina nosti
 Aeoliaq; domo tu cōseris vtile honesto:
 Et latio doctus, veteres ostēdis athenas.
 Ingenij dores ne querar: te græca putasset
 Ora suū, tua moxonio quem scripta cothurno
 Contigis: aut doctę tibi vox fuit Attica linguæ.
 Nosceris inque vicem latio de sanguine quum tu,
 Andinos ꝑmulare sonos, & carmina condis.
 Laurigero dicenda deo, pedibusve solutus
 Discēdi sublime genus, sectaris & artes
 Consilij Ausonij, veneratur maximus orbis
 Ingenij monumenta tui, quæ clara vigeant,
 Dum linguæ latialis honos, dum littora tybris
 Lida pater subear, dūque inclyta Roma manebit
 Doctorūque oculos auresque moraberis, & te
 Posteritas vētura colet meliore tuique
 Parte superstes eris, nec te libitina rogusque
 Opprimeret: æternumve decus tua nomina condet.
 His tibi ꝑ meritis, quantos Franciscus honores,

Progenies Gonzaga dedit, quæ maxima florêt,
Italiæ præclara domus: qua mintius ampla
Mitis arundinea complectitur arua corona.
Is tibi parua licet priscae prope culta Cremonæ,
Tecta forent, natale solum tamen illa ferebat
Te consanguineo solitus conferre Maroni.
Magna bianore & superasse cacumina terrar.
Is tibi primus opem placidi quoque dona fauoris,
Ac studijs fomenta tuli non parca benignus,
Atq; iter ad titulos, & nomina clara parauit,
Quum subito maiora ferunt tibi numina: nâque
Florentem studio, musisque Helicon a cientem
Pontificis te cura vocat: tibi protinus ingens
Aula patet: magnisque habitas in sedibus hospes
Grandior: augustiq; colis fastigia recti.
Mox tibi pontifici vîtas, ac gesta recensens
Das studiij documenta tui, tibi quæritur ingens
Gloria: mirâtur iuuenes, tua scripta senesq;
Certatim, & magno passim celebraris honore.
Ecce autem infesto properâs rhânusia motu,
Attra genas, oculosq; gerens immane micantes,
Parcarūque colos, & magni stamina vatis
Occupat: & manibus facinus crudele nephandis
Importuna secat: mox v't vaccinia languent
Immiti perculsa noto: seu vulnere pandi
Vomeris: & flexa terrâ ceruice ruêtur.
Sic pius abrupto defecit flamine vates
Protinus: & fundit dum verba nouissima, sensim
palluit: æternosq; rigat sua mēbra sopore.
Tu ne igitur vento flarent dum fata secundo,
Dum melior fortuna redit, propiusque veniret
Lætior hora cadis: magno quem perdis alumno.
Heu quantum tibi Roma perit: peperere trisumphos

Antiquilatio procures, ac barbara colla
 Romano pressere iugo: maiora farendum
 Munera: quis tantum, ne tu, licet hoste subacto,
 Barbara Roma fores, dedit hoc tibi platina donū,
 Hoc planinæ doctrina dedit, lugere quirītum
 Docta caterua virum, lamentaque tristitia sacris
 Verberibus perculsa sonent: ferus inuidet orcus
 Munera tāta tibi: latialis gloria linguæ
 Occidit: assertorque bonus: date pectore quæstus,
 Et mecum largos oculis rorantibus imbres,
 Magne parēs: nā triste chaos, neque terra videbis
 Tartara, tergeminū reus canis ora timebis:
 Tu pius elisys potius spatiabere campis,
 Insignes inter cuneos, ac docta parenti
 Agmina: & egregios animis heroas, & inter
 Infantes animas venerabilis vmbra sedebis:
 Siue q̄ ipse reor, merito sua sydera iustus
 Dat tibi pacta tonās, liquidūque per æthera diuus
 Scādis ouans, & morte carens, qua lactea cœli
 Orbita, sydereum penetrat sublimis ad axem.
 Vnde hominū mortale genus, miserabile vulgus
 Despicis: & curas & inania pectora rides:
 Sis foelix prosperque precor: supremaque tristes,
 Quæ tibi iusta damus cœlo stellatus ab alto
 Respice: & affectus ne dedigneris amicos.
 Sic leuior te terra regat: deflectaque busto
 Leniter ossa cubent: & conclamata quiescant.

P. Franciscus Amerinus in
 paren. Platinæ.

Ad tua nos ergo pater optime funera mœsti
 Conuenimus, sacris & dare thura focis.

Quæque tuas ageret laudes (nisi fata vetarent)
Carmen ad exequias flebile musa mouet.
Sed mecum ad lachrymas vatū pia turba venite,
Laurea de comptis ponite sacra comis:
Tempora vel taxus cingat, vel dira cupressus:
Nil culti poscit, cuncta sed atra dolor.
Fletibus intersit nostris excitus Apollo,
Migret & ad lachrymas ex helicone chorus:
Rerum prudentes veniant cum pallade docti,
Adsit & officijs vtraque lingua pns.
Scilicet ista viros tāgit iactura deosque
Arte trahunt siqui nomen ab ingenua.
Nec tam doctrinæ (quæ summa probatur in illo)
Quam vitæ cunctos publica damna mouent.
Heu vbi iucundi seruato pondere mores,
Summus amor recti, cum probitate pudor.
Ocia cum magno qui semper honore secutus
Noluit externis viuere consilijs.
Tempora perpetuo traduxit tuta tenore
Sollicita viuens ambitione procul.
Estque palatinas ex omnibus vnus ad ædes
Accitus, summi principis imperio.
Bibliotheca illi mox est cōmissa locoq;
Inde tamen maior quam sibi creuit honos.
Hæc quoque cum tota librorum mœsta corona
De trucibus factis est, modo visa queri.
Depictūque illic te deplorare videtur
Pro desiderio vultibus orba tuis.
Heu pater ex auro totus (si gratia magnis
Par meritis esset) conspiciendus eras.
Vt summis gratus, sic iste minoribus æque
Obliqua vixit liber ab inuidia.
Fortunæ nunquam virtuti semper adhesit.

Profuit hic: libuit sed nocuisse nihil.

Sed quid musa paras: lachrymis hæc tēpora dant,
Non laudes tantas enumerare vacat.

Nec potes ipsa quidem vires metire pusillas:

Nam non ingenium, sed dedit ista dolor.

Sattibi communis, fueris quod conscia luctus:

Communi in luctu ne racuisse sat est.

Sed quæ digna potest pro re satis esse querela

Aut quis pro damnis sufficit in lachrymas?

Nemo puret post hæc placari numina posse:

Est precibus flecti nescia parca pñs.

Dignior aut quisquam feruari: vel fuit alter

Pro quo plura queant vota precesque dari?

Ceu mandata forent: perierunt omnia vento.

Nil tua vel virtus, vel valuerē preces.

Te ne pater nobis prima fraudate senectæ

Mors (dignum semper viuere) dira rapit?

Nil agit hæc (citra famam consistit) & illa

Surgit ab inuita nunc tibi maior honos.

Qui semper varum memori tibi carmine crescet.

Sed plus in scriptis panditur ille tuis.

Illa legent cuncti nil concedentia priscis,

Textaque composito, seu pede laxa vago.

Præferri platinam sibi iam verona videbit,

Proxima nec multum Mantua maior erit.

Vtraque præclaros potuit uestare poetas:

Es patriæ orator parque poeta tuæ.

Hactenus extinctum fas sic luxisse parentem

Aeternum platinæ purior vmbra vale.

Mores, vita, decus partum solantur amicos,

Et vitæ similis mors in honore tua

Ossa leuis semperque virens hæc excipe tellus,

pro meritis animæ nam patuere poli.

rr

Sigismundus Fulginas secretarius apostolicus in exequiis platinæ.

VArtis ad exequias varum pia turba venite:
Et vos pierides ex helicone deæ.
Nec lachrymastumulo vanos aut thuris honores,
Facta sed in laudes carmina plura date.
Nā quāvis merito platinā lugemus ademptum,
Et desiderio tangimur vīq; pio,
Ipse tamen nos flere vetat: mandataq; linquit,
Qualia diuinus Ennius ante dedit.
Ne quisquam lachrymis decoret: ne funera fletu
Fassit, quod volitat docta per ora virum.
Docta per ora virum volitas sanctissime vates
Aeternusq; tui nominis extat honor:
Nec quicquam morti de te concedis auarę
Ossa nisi & tenuem quæ tegit ossa cutem.
Quippe ita vixisti, studiorum ea cura tuorum,
Mors in te vt iuris possit habere nihil.
Non petere ignotas infida per æquora merces
Non animam lucro vendere cura fuit.
Nec sauas pugnas aut classica dira sequutus,
Sanguinis alterius prodigus atq; rui.
Attonitum nec te traxit popularibus auris
Plausus ab infido pectore profiliens.
Ingenuæ placuere artes: præceptaq; diui
Socratis, & fami scripta verenda senis.
Quæ penitus tu nosse volens, de fonte petisti
Graiorum gemino nobilis eloquio.
Hæc fines animo certos peperere modumq;
Hæc sanctos mores ingenuere tibi.
Harū ope & auxilio viuis post fara superstes:
Has per mortales effugis ipse rogos
Harum præceptis vitio summotus ab omni

Calcasti sæuam largus auaritiā,
 Cum tibi se largum præberet dextera fixti
 Impleretq; tuos aura secunda sinus.
 Contentus modico: nil vltra poscere certus
 In tenuous spon te tua redigis:
 Vtq; magis misera procul ambitione maneres:
 Et studijs esset gratior ora tuis.
 A vaticano collem transcendis in illum
 Cui nunc phidiacus nomina præbet equus.
 Hic musis dilecta domus fundataq; culta est
 Extremum vitæ tempus ad vsq; tuæ.
 Hic magno ingenio longum transfundis in æuū
 Acta & summorum nomina pontificum.
 Hic etiam æternus liber est de principe natus
 Dux vrbī natum quem federicus amat.
 Hic quoq; voluptates instar condire labores:
 Et quicquid scriptis panditur vsq; tuis.
 Proh superi ignorant homines sit quāta voluptas
 Attribus his quanta & gloria, quātus honos.
 Mirus his igitur studijs fœcunda iuuentus:
 His oblectatur cana senecta bonis.
 Hæc possunt artes res exornare secundas:
 Aduersis eadem pandere per fugium:
 Delectant foris atq; domi perq; omne periculum:
 Noctes atq; dies dant tibi se comites.
 Atq; etiam post fata iuuant: nomenq; latere
 Cultorum ac laudes posse perire verant.
 Adde quod hinc pēdent reges populiq; ducesq;
 Qui gestis rebus nomen habere volunt.
 Tanti etenim virtus cuiusque & vita putatur
 Egregijs quanti fertur ab ingenijs.
 Hortor & admoneo colite has romana iuuentus:
 Appetite has toto pectore & ingenio.

Si patriæ vultis, si vobis vltuere chari,
Si post exequias nomen habere iuuat
Aspicite vt platinæ totum circumuolet orbem,
Viuat & in nostris gloria pectoribus.
Cuius nos animam grata pietate colentes
Quos cupit & sperat esse sui memores.
Annua soluamus tumulo solennia sancto
Carminaq; in laudes dicere plura iuuet.
Lippus Brādulinus de morte Platinæ.

Ergo etiā sanctos terris mors improba vares
Inuidet: & nobis optima quæq; rapit.
Quid non in musas ausuram & magna putemus
Numina: iam dubitem, numina & ipsa mori,
Sustulit e medio platinam seuissima nostrum,
Historiæ platinam pieridumq; decus.
Cur tantum lachesi sinis in tua iura licere
Phœbe pater: magnos iam petet illa deos.
Frustra igitur colimus cunctis tua numina cēplis:
At nihil in lachesim tu quoq; iuris habes:
At te quæ rabies tam clarum extinguere lumen
Compulit: ingluuies sic saturanda fuit.
Non ne humili de plēbe aliquis si dira vorandi
Vexabat rabies qui raperetur erat:
Non tamen es contenta: doles quoq; viuere quēq;
Et nostris inhias nocte dieq; malis.
Nec turbæ nocuisse satis: petis ardua semper:
Nec nisi de summis acta ruina placet.
At poteras fauosq; duces auidosq; tyrannos
Perdere si tituli te capiebat honos.
Quod si diuitias fuerat neptare libido:
Rex mida non vnus qui moreretur erat.
Quæ vero extincto parta est tibi gloria vate,
Compulit ad tantum quæ (rogo) causa nefas.

Nō habuit quasqueris opes, quos queris honores.
 Contentus musæ vixit honore suæ.
 Quæ tandem causa est, nostras extinguere laudes
 Vis puto: te platina gloria parta mouet.
 Non licet, hoc frustra tentas, nil iuris in illam
 Est tibi: laus auidos effugit vna rogos.
 Nil illi nocuisse potest, quin profuit esse
 Extinctum a tumultu gloria maior adest.
 Nectamen extinctus: mortales exuit arcus:
 Viuit quaq; decet parte carere caret.
 Corporeis liber vinculis & carcere cæco
 Incolit ætherei spiritus astra poli.
 Spiritus astra tenet: viuit sua gloria terris.
 In sedes redijt corpus inane suas.
 Viuit in extinctum vates: viuetq; per æuum.
 Nil agit in vates, nil tibi parca licet.
 Ergo nō celebret lachrymis hæc funera quisquæ?
 Carmina sunt doctis varibus apta magis.
 Fundite pro lachrymis doctissima carmina vates
 Officium (viuit) sentiet ille pium.
 At cineri date thura sacro. date myrrhea dona
 Assirio totus fragret odore locus.
 Luceat incensis circum funalibus vrna.
 Carmine signetur qui tegit ossa lapis.
 Sum platina, historias scripsi: Sixto auspice sacras.
 Erecta est studio bibliotheca meo.
 Lodouicus lazarellus i exequijs platine.
A Onij montis quæ nunc iuga sancta refertis
 Exquiliæ & sacri fontis habetis aquas.
 Cernitis vt coeant sanctissima turba poetæ,
 Vt resonent elegis omnia plena sonis.
 Simens cuncta replet, mundi si infusa per artus
 Quicquid vbiq; agitur conscia facta vider

Conuentus causam sacri docet, ecce queruntur
cNunc vates, varis stamina trunca sui.
Dicite vos: vbi nunc effundit platina cantus.
Hic hic assuetus flectere voce seras.
Qui geminæ cum sæpe lyre data fila moueret
Marmoreos dulci carmine mouit equos.
Hic fuerat claros vates non vltimus inter.
Huc qui pegaseo fonte tulere choros.
Nos igitur quoscunq; simul dolor iste coegit
Ad mœsti querimur funeris exequias.
Laurea ferta comis excussit mœsta cupressus:
Deuouet & vatum ferrea fata chorus,
Sed cur æra tremis? quæ vox modo fert ad aures?
Audite, o paulum definat iste dolor.
Non phœbi præclû est montis mens ipsa querelæ
Nobiscum & gemitus iungere forte cupit.
Quid fletis vates nomen quod mortis inane est?
Principium ad vitæ mors potioris iter.
Decipiat reliquos occulta scientia fari,
Vos tamen hic vates ne malus error agat.
Quotidie sacra sensus heliconis ab vnda.
Ducitis abscessit non tamen vmbra retro.
Vos etiam ignari fallit sententia vulgi
Qui mortem rerum creditis esse aliquid.
Nil perit in mundo: vinculis in prima solutis
Orsa redit rerum quod viget omne genus
Corporeâ hâc molē sub prima elementa resolui,
Quis dubitat? mentis fors tamen est varia.
Ingeniis doctis reditus patet æthera ad altum:
Ignauos animos tartara cæca trahunt.
Qui sapit is bonus est: ignauus quisq; malignus:
Hic perit vmbrearum: lucis at ille domos.
Hoc fatum: hic ordo est: fari quocunq; necesse est

Eueniat: mundum legibus ordo regit.
 Mercurium, o vates in carmina sæpe vocatis:
 Cur tamen illius dogmata non legitis?
 Nosceris liquido (doctrinæ si qua manebit
 Cura) perire nihil: viuere cuncta deo.
 Platina sydereis igitur nunc sedibus hymnos
 Dulcisonos cantat commodiore lyra.
 Quamq̃ huius mūdānus homo stet cōdit⁹ vrna
 Quam sibi viuenti struxerat æde sacra:
 In sensu vitæ rediit melioris ad astra
 Torus, & infanas despicit has lachrymas.
 Compatitur vobis vestras foelix & querelas
 Arguit: & tales fundit ab ore sonos.
 Quid ne meam petitis gemitu turbare quietem?
 Viuo ego non perij: vita mihi melior.
 Libera mens cœlo est. quā nuper carcer habebat:
 Mersa prius tenebris: luce redempta videt.
 G. Laurēti Eustoichi secretarij reip. Venetę.
 Elegia in funere platinae.

Ferales amplexa faces tristemq̃ cupressum
 Huc ades: & pullos dilaniata sinus:
 Tu dea, tu querulis euictas vocibus aures
 Quæ rapis ad stygias & sine luce domos:
 Hoc funus celebrare tuum est: tuus vritur igni
 Platina: Romanæ sidus academiæ
 Obstupuit: facilesque modos oblita retorsit
 Annuis indigno pectora mœsta rogo.
 Obstupuit tantis elegeia victa procellis:
 Mœstaq̃ in aduersa lumina fixit humo:
 Diua quid attōita es? vanos heu scinde corymbos:
 Nunc licet in teneras vnguibus ire genas.
 Spargantur laceri per eburnea colla capilli:
 Turgeat & lachrymis lumen vtrumq̃ suis.

Interit (ah durum est tantos meminisse dolores)
 Platina pomponi maxima cura tui.
 Huc redeat gelido quicquid resupinus in hemo
 Dixit ab amissa thracius euridice
 Quicquid & a nigri passo furibunda capillo
 Memnonis exequias addidit alma parens.
 Quod venus horrendo cū vulnere fusus adonis
 Occidit in cineres & pia iusta dedit.
 Deniq; si quid habet luctus caua machia mundi
 Hoc petat immites: deuoeatq; rogos.
 Quid non flāma rapit? quid non mortalia carpū
 Fata? quid in toto non terit orbe dies.
 Ite procul fragiles calami fuge musa poetas
 Qua potes & vati carmen inane tuo.
 Quid mihi vos optem si mors extrema rapacem
 Vnca manum fidibus non sinit esse locum?
 Est tamen, est aliquid rapias licet omnia passim,
 Improba mors homini quod queat esse super.
 Nomina surripimus flammis non fama sepulchro
 Conditur hic nullum est ius tibi summa dies.
 Aeterna est clari sublimis fama tibulli:
 Aeternum viuit gloria, viuit honos.
 Hoc tibi non lachesis potuit, non summa suorum
 Platina sollicita surripuisse manu.
 Vrna regit quodcumq; potest, tamen indice saxo
 Littera cēlatas prodet amica notas
 Exquilis iacet ille suis gratissima sedes
 Hec fuit: hic mollem repperit urna locum
 Confluat huc quicquid sacro de colle quirini:
 Quicquid auentina cernere ab arce potest.
 Huc pullata simul properet Romana iuuentus.
 Ista sonent media pectora mœstavia.
 Eiulet hic gemitus, gemitus quoq; funera poscūt,

Ille comam digiris, appetat ille genas.
 Hic ferat incineres quodcūq; e valle sabæa
 Mittit arabs: violas ille vel ille ferat.
 Ingeminent planctus: tremulis singultibus aer
 Intonet: & magnos vox perat illa deos.
 Aspice vtro obscuro fundantur ab æthere nimbi:
 Deplorentq; tuum platina magne togum.
 Liquitur in gelidas cōmixta grandine limphas
 Iuppiter: & cineri dat suo dona tuo.
 Grando coacta graui glaciem cœpisse dolore
 Creditur: & tantis obstupuisse malis.
 Quid facient homines, quid tu Romane pararis?
 Ecce dolent nubes, lux adoperta dolet:
 Roma gemit, fontes lachrymis auxisse putatur:
 Aspice virginæam qui furor vrget aquam:
 Vos quoq; Romulidę sæuos date munus in ignes:
 Et sonet extremum ter pia lingua vale,
 At tu seu cœlo sublimia tecta tonantis
 Sedibus elisîs, seu vaga regna tenes.
 Sis fœlix: nos quippe tui repetita quotannis
 Heu dabimus cineri februa mœsta tuo.

C. Laurentij Eustochij Secretarij reip.
 Venetę translatio Pla. in cœlum.

O Cyor æolijs rapiunt qui nubilaventis,
 Ocyor excusso librata fulmine dextra
 Fama pñs elapsa locis, vbi summa potentum
 Atria compleuit, totum discursibus orbem
 Solicitat: spargitq; cauo quod nuper auerno
 Extulit: & patulas implet rumoribus auras:
 Platina romanę fato prohi Iuppiter atro
 Raptus academię, placida mox sede receptus,
 Lethęas dum spectat aquas: dū murmura caprat:
 Et lustrare cupit medię telluris hiatu,

Res nulli concessa prius, iactanda per orbem
Accidit, vt furui raperentur ad æthera manes.
Namq; vbi inexcultos descendit platina cāpos,
Subiecitq; oculis quicquid plutonia vasto
Regna tenent erebo, transuerso in limine mutus
Hæsit: & arenti concreta est lingua palato:
Ingreditur tamen arua sacro circūdata muro;
Et modo per colles longe lateq; vagatur
Elisios: modo per segetes & amœna patent
Gramina prospectu: variisq; discolor ambit
Floribus in girum, maculisq; intincta coruscis
Linea, remperiem vernam, nullūq; laboris
Iudicium, & lucem medijs miratur in umbris:
Vndiq; circūstant animę felicia quondam
Nomina, nūc letos passim vaga turba per agros.
Olli fidus adest lateri comes, omnia vari
Mantua quę genuit similis, meminisse iuuabit.
Quin potius magnos fuerit comitatus Homero.
Vixit enim rursusq; Ioui, rursusq; camœnis
Redditus: has carpit mēbris spirantibus auras.
Lumine qui quondā captus, nunc lumine captus,
Lippus ad ausonios reparat sua carmina neruos.
At meus hic nitidas facili comitante caterua
Circūspectat aquas: & nullo vomere tactam
Cernit humū, nullo taurorū condita tergo.
Semina iam canas messes, iam poma rubenti,
Hinc suffusa nota pallenti, hinc æmula cerę
Mitiaq; & grandes curuancia pondere ramos,
Errantq; videt capreas, ceruosq; fugaces,
Et lepores, aprosq; truces rigidosq; leones:
Et quę præterea vastis animalia terris
Sparsa terunt siluas, & inhospita lustra tuentur.
Nec minus alpinos detrito tergo remeant,

Dentibus armatos glîres, Hirtaque scyuros
 Insignes cauda: quos inter musculus olim
 Euganeo prognatus auo sibi credita curat
 Iugera, sementesq; auum custodit ab vmbriis,
 Obstupuit primo: gressuque immotus in ipso
 Substitit: & quæ sunt animæ simulachra ferarum
 Ista precor dixit: sunt ne & regione sub ima
 Quæ superis natura dedit: num corpora cerno,
 An tenues, tactuq; hominû membriscq; solutæ
 Occurrunt vmbrae: sunt ne hæc genitalia rerum
 Semina: quæ terras, quæ coelû, & flumina cõplent
 Oceanûq; patrem: vel si quid forte sub hisce
 Hæret imaginibus: sit fas archana deorum
 Discere, & ignotas rerum cognoscere causas.
 Tum vates, placidis quæ mintius abluit vndis
 Hæc cõtra, regnis hospes modo reddite nostris
 Vicino mihi victæ solo, dum vita manebit.
 Accipe q̃ tigres, quæ sint hæc monstra p vmbra
 Sparsa, sub æthereis quicquid mortale procellis
 Aut raptare solet, pedibusve insistere terre,
 Aut vacuas tentare vias, quassocq; lacerto
 Auia securis volitare per aera pennis:
 Quicquid & in media pulsatur fluctibus vnda,
 Communes animas alternatq; iura tuetur.
 Ergo vbi supremos lachesis defluxit ad annos,
 Fessaque iam nullo perduxit brachia filo,
 Quâ tenuit vitæ formâ, quo corpore clausus
 Quisq; fuit, retinet speciem: vultusq; priores.
 Arque hinc ad lethæon longo post tempore fatis
 Raptus, in æthereas iterum trāsmittit auras,
 Et modo qui fuerat pecudis, seu tristis aselli
 Spirîtus, humanis infunditur artubus: inde
 Tarda subest agili mens ob sopita cerebro,

Et stupet, & fertit, veteres imitata figuras,
Interdum volucres humani corporis umbra
Ingreditur: sic quæ septemfluus attulit alueo
Nilus, habet præfci monumenta insignia faci
Pſitacus: hic verbis hominē, blæſaq; canorus
Voce refert; quaq; ipſe poteſt ſua iura retentat:
Et picas quandoq; leues ſubiſſe priorum,
Ac nimium faciles animę petulantia picis.
Hinc trahitur vocisq; ſonus, fandiq; cupido
Stultaq; garrulitas, hinc ꝑbria verba ꝑrocaci
Ore vomūt, referūtq; humanę mur mura linguæ.
Sic rerum ſeries, & inexorabile fatum
Inſtituit: ſic penſa trahunt alterna ſorores.
Tu quoq; ſi manes, quos aurea ſuſtulit ætas,
Necdum longa dies lethęa merſit in vnda
Vera ferunt: ſuperas ter iam dimiſſus in auras
Huc redis, armigerę tellus ſacrata minervæ
Prima tulit puerum nullo tum preſſa tyranno,
Mox vbi corripuit funeſta piſiſtratus arma,
Iniectq; manum patriæ, ſolitoq; ſuperbus
Inſiliit, veterum ſparſos ſine more libellos
Colligere, & gēmis ornare aggreſſus & auro,
Primus cecropiam muſas perduxit in arcem.
His datus eſt cuſtos, rurſum poſt funera lethe
Mergeris: & varios animam traducis in artus.
Hic quoq; iam laceris immenſa volumina chartis
Sedulus inſtauras: regūque hoc munere munus
Accipis, auſonia quo te modo Sixtus in vrbe
Extulerat: nunc eliſiſ iam reddite campis.
Quid facies? num te quartum mortalia poſcant
Pectora? qua tandem fato vexatus iniquo
Præmia digna ſeres? vel quæ tibi meta laborum
Sit ſatis: æternūq; noſtris te fata reponant.

Sedibus: aut summi rapiant ad sydera cœli.
 Hæc Maro: tum crines hedera redimitus & auro
 Threicius vates, hem quo cyllenius inquit,
 Quo properat: properabat enim: miratur euntē
 Turba deum: rapidis hic tartara præterit alis:
 Conciliumq; petit vatum, mox talia fatur:
 Fœlices saluete animæ, ioue missus ab ipso
 Huc venio, iussit placidis hæc nuntia dictis
 Verba feram, sedes vestras, & regna beatæ
 Circūsepta iugis fatōrum lege teneri.
 Nec minus atq; iouem, quāquā suprema tenētem
 Sceptra manu: quāquā diuumq; hominūq; potētē
 Hic nouus elisios modo qui descendit in agros
 Platina debetur superis: hunc fata repossunt
 Ipsa sibi: tuq; o grauibus defuncte periclis
 Linque nemus roseum, & cœlo succede patenti.
 Bibliotheca Iouis nullo custode tot annos
 Sparsa fuit, repares disiectos fata libellos.
 Ecce petunt: utq; in terris Sixtina ministrum
 Bibliotheca suishabuit celeberrima libris.
 Sic cœli regione manet diuina nitentē
 Bibliotheca animam: non hic tibi cura laborum,
 Sed requies, semel ipse tuos vbi forte libellos
 Ordine disponas, satis est superisq; ioui.
 Nomen idem cœlo teneas quod munere Sixti
 Cesserat in terris viuo: cape protinus hastam
 Hanc tibi: cœlestes mecum conscende pœnates.
 Assensere pij nullo conamine vates:
 Et summum dixere vale: totidemq; recepit
 Verba chorus: vatem caducifer arripit auræ
 Par celeri: patrioq; refert sublimis olympo,
 Nubibus effractis: iani penetralia tādē
 Attigit: & comitē cœli subducit iarcem.

Talia diuersis iactat dum fama per vrbes,
 Huc quoq; thyrreno diuertit ab æquore cursum:
 Mœrentiq; rogis, & acerbo platina fato
 Astirit: & mœstas impleuit protinus aures.
 Este igitur læti, planctus, lachrymasq; quirites
 Soluite: iam tremulis singultibus ora quiescant.
 Pullatiq; humeris passim lacerentur amictus,
 Platina quem luctu, Romanę turba reposcit
 Tristis academię, fatalia dona sequutus,
 Astra tenet, curasq; virum nunc ludit inanes.

Vita Platine.

Platina cognomento Platina patria Cre-
 monensis apostolicus abbreviator, nec mi-
 nus ingenio clarus polioriori literatura
 adeo eruditus, vt sua cõpẽtate nulli secũ-
 dus esset declamator eximius versus non vulga-
 res aliquãdo dictabat, literarũ studio maxime ob-
 lectatus dicere solit⁹ erat nõ corpore: sed in somno
 lentia & assiduo literarum ocio sui nominis moni-
 menta posteris esse relinquẽda. A Paulo. ñ. suis bo-
 nis dignitate indicta causã spoliatur, cum plerisq;
 præclari ingenij viris, quos tanq̃ inquilinos ponti-
 fex exauctorauit. Platina vero vt erat animi ma-
 gnitudine egregius, cõpĩt literis quia verbis non
 poterat Paulũ pontificẽ cõpellare hoc modo. Li-
 cet mihi de te conqueri quẽ tam insigni iniuria af-
 ficis, vt empiõẽ mea iusta ac legitima præter ra-
 tionẽ me spoliare volueris. Ad principes em̃ pas-
 sim dilabar eos monens consiliũ indicant, in quo
 rationẽ reddere cogaris. Literis excitus pontifex
 Platinã reum maiestatis clamans: eum in carcerẽ

trahi & cōpedibus reuinciri iubet, vbi tota hyeme sine foco in celsa turri ventis exposita. iiii. mensibus est mancipatus, donec Frācis̃ci Gonzagę cardinalis mātuani precibus fatigatus pōtifex ipsū egre pedibus stantem algore non modico inedia multa flaccidum carceris molestia liberat, ne decedat vrbe sub capitis pōna p̃cipiens, cuius iussis constanter morigerari non desinens triēnio Romę moratus est. Sed audita in pontificem noua cōspiratione facta, a sicarijs tanq̃ facti cōscius apprehenditur & in carcerem rursus deñciť, vbi lacertus & graui tortura a pontificis satellite cruciatus semianimis cubiculo imponit. Demū nōnullorum virořū illustriū ope factionis nō cōscius carcere emancipat. Et ne suo ingenio videret abusus multa p̃clara edidit opera, scilicet De natura rerū & obsonijs (als de honesta voluptate) De vitis & moribus summorū pōtificum. Varias ad diuersas epistolas, & plęraq; alia opera, quę ad manus nostras nōdum peruenerunt. Peste autē correptus Romę obijt anno salutis christianę. M.cccclxxxi.

Hanc maximorum pontificum historiā ac dialogos aliquot insigniores, tum alia quędā opuscula B. Platina excusit Parisijs M. Petrus Vidouçus ære Ioannis Parui Bibliopolę oprimi, Anno virginiei partus sesquimillesimo trigésimo,

Par sit fortuna labori.



